15. Ratonia spathulata Gr. foliis oppositis v. superioribus alternis: foliolis 4—2jugis suboppositis spathulato-oblongis rotundato-obtusis opacis margine revoluto integerrimis glabris: venis primariis subtus arcte prominulis, paniculis terminalibus et axillaribus polygamis, petalis in ♂ minutis, staminibus 8 exsertis: antheris subglobosis, capsula 3—2loba (4‴—5‴ lata) brevissime stipitata. — *R. apetala* Gr. pl. Wr. p. 169: praecedens enim differt foliolis in acumen obtusiusculum productis margine planis supra nitidis, venis minus prominulis et capsula minori stipite vix longiori. — Cuba or. (Wr. 1151, 1604). E.

16. Sapindus Saponaria L. (Wr. 2167).

17. Sapindus „inaequalis DC." (Rich.: sub *S. Saponaria* ej.)

18. Schmidelia Cominia Sw. (Rug. 53; Wr. 106, 1161).

19. Schmidelia occidentalis Sw. (Lind. 1701; Wr. 102, 1162, 1163).

20. Schmidelia rigida Sw. (Wr. 1164); var.? (Wr. 2170: forma venis folii primariis rectilineis; sed fructus deest.)

21. Thouinia trifoliata Poit. (Rug. 312; Wr. 2168).

22. Thouinia nervosa Gr. pl. Wr. p. 169 (Rug. 354; Wr. 1173, 2169; *Schmidelia nervosa* Rich. t. 29). E.

23. Thouinia „tomentosa DC." (Wr. „106 bis" sec. As. Gr. in pl. Wr. p. 169: non vidi).

24. Thouinia pulverulenta Gr. ramulis petiolisque pulverulento-puberulis, foliis pinnatis: foliolis bijugis elliptico-oblongis acutis (3″ longis) petiolatis integerrimis glabris pallidis supra subargenteo-nitidis utrinque minutissime reticulatis: venis primariis subtus prominulis, racemis paniculatis floribusque pubescentibus, petalis 5 calyce duplo longioribus intus squama villosa instructis, staminibus 8, samara pubescente: ala oblonga obtusiuscula. — Affinis *T. pinnatae* Turp., cui „foliola obovata subemarginata". Cuba or. (Wr. 2284). E.

25. Melicocca bijuga L. (Wr. 1167, 1168).

26. Hypelate trifoliata Sw. (Rug. 323; Wr. 2171: „ovula medio affixa, sepala rubra, petala alba" sec. Wr.: ego vero et in hac et in sequente ovula pendula rhaphe ventrali video. Sepala et petala 4 in speciminibus Wrightianis, 5 vero quoque occurrunt teste Sw.: species primaria igitur Burseraceis accedit, nisi sepala distincta obstarent. Altera species Cambessedesii, habitu valde aliena, differt calyce 5partito persistente et stigmate simplici (in priori incrassato-costato): haec magis quam altera staminibus 8 cum petalis 5 combinatis Sapindacea est, ovulis pendulis anomala, et, si quidem generice distinguenda esset, *Exotheae* Macf. nomen revivisceret).

27. Hypelate paniculata Camb. (Rug. 208; Wr. 1169; *Exothea oblongifolia* Macf.)

28. Dodonaea Burmanniana DC. (Wr. 2173).

29. Dodonaea angustifolia Sw. (Wr. 2172).

30. Meliosma oppositifolia Gr. foliis oppositis v. per paria approximatis rigidis simplicibus obovato-oblongis obtusis in petiolum attenuatis integerrimis glabris (3″—1½″ longis) subtus ferrugineis et inter venas primarias 4—6jugas laevigatis, panicula terminali trichotoma rufo-pubescente: floribus

subsessilibus glomeratis 3bracteolatis, sepalis subrotundis ciliatis, petalis 3 orbicularibus, 2 minoribus oblongis, antherarum fertilium connectivo foliaceo emarginato-subrotundo, ovario 2loculari: loculis 2(-3)ovulatis: stigmate conico. — Affinis speciei dominicensi (Imray, 324), quae *M. vernicosae* Planch. (*Lorenzaneae* Liebm.) forma videtur et cui folia majora subtus reticulata venaeque 9—6jugae: „arbor 50pedalis, floribus albidis" (Wr.). — Cuba or. „in m. Libano pr. Valparaiso (Wr. 2094). E.

XLII. STAPHYLEACEAE.

1. TURPINIA OCCIDENTALIS Don. (Rug. 303; Lind. 1782; Wr. 111, 1174).

XLIII. MELIACEAE.

1. TRICHILIA SPONDIOIDES Sw. (Rug. 253; Wr.)
2. PORTESIA OVATA Cav. (Poepp.; Wr. 2174).
3. PORTESIA GLABRA Gr. Fl. p. 130 (*Trichilia* L.: Rug. 162; Wr. 2175; *T. havanensis* Jacq. sec. Rich.) E.
4. PORTESIA „MINOR Gr. (*Trichilia* Rich. t. 33"; Rich.) E.
5. MOSCHOXYLUM TRACHYANTHUM Gr. pl. Wr. p. 169 (Wr. 1134). E.
6. GUAREA TRICHILIOIDES L. (Rug. 261; Wr. 65, 107).
7. SWIETENIA MAHAGONI L. (Wr. 1153).
8. CEDRELA ODORATA L. (Rug. 337; Wr. 1152, 1582).

XLIV. AURANTIACEAE.

1. CITRUS AURANTIUM L.* (Wr. 1127); var. *spinosissima* Mey. (Wr. 2176).

XLV. OXALIDEAE.

1. OXALIS CORNICULATA L. (Wr. „55"); var. *microphylla* Poir. (Rug. 388; Wr. 56); var. *pygmaea* Gr. (Wr. 2178: forma repens, minutifolia, foliolis 1‴ longis).
2. OXALIS VIOLACEA L. (Wr. 1579).
3. OXALIS „INTERMEDIA Rich." (Rich.) E.
4. OXALIS FRUTESCENS L. (Wr. 2177).

XLVI. ZYGOPHYLLEAE.

1. TRIBULUS CISTOIDES L. (Drumm.; Rug. 101; Wr.)
2. TRIBULUS MAXIMUS L. (Rug. 102; Wr.)

3. Guajacum „officinale L.“ (Wr. „57“).
4. Guajacum „sanctum L.“ (Rich.: *G. verticale* ej.)

XLVII. RUTACEAE.

1. Ravenia spectabilis Planch. (*Lemonia* Lindl.; Lane pl. cub.; Wr. 61; eandem in Jamaica detexit March.: coll. ej. 107); var. „*simplicifolia* Wr.“ (Wr. „2179“: non vidi).

2. Galipea „Ossana DC.“ (Rich.) E.

3. Pilocarpus heterophyllus As. Gr. in pl. Wr. p. 170 (*Raputia* DC.; Wr. 1129: „flores virentes“).

4. Tobinia „ternata Desv.“ (Rich.); var.? „*taediosa* (*Zanthoxylum* Rich.“: forma videtur „petiolo margine subalato“; Rich.)

5. Tobinia spinosa Desv. (Wr. 2194).

6. Tobinia emarginata Desv. (Wr. 62, 2181; *Zanthoxylum coriaceum* Rich. t. 34).

7. Fagara dumosa Gr. pl. Wr. p. 170 (*Zanthoxylum* Rich.; Wr. 1605); var. *stenophylla* (Wr. 2186: forma foliolis angustis petiolisque oblongo-linearibus, ramulis diffusis). E.

8. Fagara stenoptera Gr. glabra, aculeis stipularibus rectis, foliis impari-pinnatis: foliolis 3—1jugis obovatis obtusis integerrimis nitide glabris coriaceis (10‴—4‴ longis): tuberculis basilaribus punctisque pellucidis nullis: petioli articulis anguste alatis spathulato-linearibus saepe aculeiferis, cymis abbreviatis subsessilibus. — Cuba or. (Wr. 2184). E.

9. Fagara phylloptera Gr. ramulis puberulis, aculeis stipularibus rectis, foliis unifoliolatis ad apicem petioli foliiformis articulatum saepe aculei recurvo instructis: foliolo quam petiolus breviori (nunc abortivo) obovato apice emarginato (8‴—3‴ longo) coriaceo glabro: tuberculis basilaribus punctisque pellucidis nullis: petiolo obovato in basin petioliformem brevissimam contracto foliolo homomorpho supra venoso nitido: margine utriusque laminae remote glanduloso-subcrenato: mediano subtus saepe aculeifero, floribus subsolitariis subsessilibus. — Cuba or. (Wr. 2185). E.

10. Fagara lentiscifolia W. (Greene pl. havan.; *Zanthoxylum pterota* Kth.)

11. Fagara? gracilis Gr. ramis strictis ramulosis glabrescentibus, aculeis stipularibus minutis recurvis, foliis abruptim pinnatis apice debili-mucronatis: foliolis 4—2jugis tenuibus obovato-oblongis subtruncato-obtusis supra glabris subtus puberulis (4‴—2‴ longis): tuberculis basilaribus pun-

ctisque pellucidis nullis: petioli articulis anguste alatis spathulato-linearibus inermibus, floribus ... — „Frutex gracilis": flore fructuque ignotis ob similitudinem cum praecedente huc relatus. — Cuba occ., in sylvis pr. Toscano (Wr.) E.

12. Zanthoxylum clava Herculis L. (G. Don. pl. havan.; Wr. 1132; *Z. lanceolatum* Poir.)

13. Zanthoxylum aromaticum W. (Wr. 1131).

14. Zanthoxxlum „juglandifolium W." (Rich.)

15. Zanthoxylum duplicipunctatum Wr. foliis imparipinnatis: foliolis 4—2jugis coriaceis ovato-oblongis obtusis (12'''—8''' longis) margine glanduloso subintegris v. obsolete crenulatis basi complicata sessilibus glabris subtus nigro-punctatis punctisque pellucidis numerosis: petiolo pulverulento-puberulo inermi, racemis axillaribus et terminalibus simplicibus folio brevioribus tenuissime puberulis, folliculis solitariis obliquis subsemiglobosis brevissime stipitatis laevibus (3''' fere longis). — „Frutex 8pedalis", dense foliosus, „floribus luteo-viridibus". — Cuba occ., in distr. Bahia Honda (Wr. 2183). E.

16. Zanthoxylum pistacifolium Gr. foliis imparipinnatis: foliolis 5—3jugis subcoriaceis oblongo-lanceolatis obtusiusculis ($1^1/_2$''—1'' longis) margine revoluto penicillatim pubescente integerrimis sessilibus supra glabris subtus pubescentibus: punctis pellucidis numerosis, nigris nullis: petiolo villosulo-pubescente inermi, racemis axillaribus et terminalibus simplicibus folia subaequantibus pubescentibus, folliculis obovoideo-subglobosis verruculosis basi brevissime contractis ($1^1/_2$''' longis). — Cuba or. (Wr. 2182). E.

17. Zanthoxylum bombacifolium Rich. t. 35 (Gr. Don. pl. havan.: forma foliis superne adpresse et remote serrulatis). E.

18. Brunellia comocladifolia Kth. (Wr. 60, 1133).

19. Simaruba glauca Kth. (Rug. 209).

20. Simaruba laevis Gr. foliolis subbijugis obovato-oblongis apice rotundatis concoloribus glabris subtus aveniis ($2^1/_2$''—2'' longis, 16'''—12''' latis), panicula folium subsuperante: cymulis distantibus, petalis recurvo-expansis (2''' longis), antheris filamento multo brevioribus. — Foliolis paucijugis laevigatis, venis inconspicuis recognoscitur. — Cuba or. (Wr. 2187: flores; 1159: drupae subcompresso-ovoideae, 8''' longae). E.

21. Spathelia simplex L. (Wr. 2192: variat petalis staminibusque 5—3).

22. Spathelia vernicosa Tul. (Lind. 1923; Wr. 2191). E.

23. Castela erecta Turp. (Wr. 2193: „flore albo demum rubescente“ (Wr.) et foliis subtus glabris a *C. erecta* Fl. p. 140 [*C. Nicholsonii* Hook.] recedit, ramulis pubescentibus fructuque convenit; „frutex 8pedalis, fructu rubro“).

24. Picramnia pentandra Sw. (Rug. 707; Wr. 64, 65).

25. Picramnia reticulata Gr. foliolis 7—9 ovato-oblongis obtusiuscule acuminatis nitide glabris utrinque minutissime reticulatis ($2^1/_2$″—2″ longis, 16‴—10‴ latis), racemis bacciferis laxis divisis, calyce 5fido, baccis subglobosis utrinque rotundatis pedicello duplo brevioribus (4‴ diam.). — Ceterae Indiae occ. species venis folii laxe reticulatis differunt; „frutex 6—9pedalis, baccis e rubro nigricantibus“. — Cuba occ., in distr. Bahia Honda (Wr. 2188). E.

26. Picramnia Antidesma Sw. (Lind.)

27. Alvaradoa amorphoides Liebm. (Wr. 2189).

28. Alvaradoa arborescens Wr. foliolis 5—8jugis elliptico-oblongis ellipticisque obtusis glabris margine revolutis (10‴—5‴ longis), staminibus ..., capsulis oblongis utrinque rotundato-obtusis glabris pedicello multo longioribus (5‴—6‴ longis). — Genus, nuper ob ovula erecta ad Sapindaceas relatum, principio amaro et staminibus calyci alternis Picramniae multo affinius videtur. — Cuba or., in monte Toro (Wr. 2190). E.

XLVIII. ERICEAE.

1. Clethra cubensis Rich. (ex Lind. 1695; Wr. 343; *C. byrsonimoides* Gr. pl. Wr. p. 170). E.

2. Lyonia jamaicensis Don. (*Leucothoe affinis* Rich. ex Lind. 1694); var. *myrsinifolia* (*Leucothoe* Rich.: „Lind. 2056“ sec. auct. calyce minori distincta, descriptione cum Wr. 1635 conveniens).

3. Lyonia myrtilloides Gr. ramulis teretiusculis lepidoto-glabris v. tenuissime puberulis, foliis spathulatis obovatisque integerrimis v. superne repandis rotundato-obtusis basi acutis sempervirentibus rigidis laevibus subtus lepidoto-punctatis subaveniis, pedicellis fasciculatis recurvis cum flore lepidoto-furfuraceis, calyce 5fido parvo: lobis deltoideis, corolla urceolato-ovata ($1^1/_2$‴—2‴ longa), antheris 10 recurvis oblongis basi obtusis, capsula ellipsoidea pedicello triplo breviori: suturis linearibus puberulis. — *L. jamaicensi* affini corolla major (4‴ longa), folia venosa, pedicelli capsula duplo longiores, *L. glandulosae* (*Leucothoi* Rich.) ex descr. „ramuli tri-

quetri, folia basi obtusa, subtus tenuissime reticulato-venosa". Ceterum species Lyoniae valde variabiles: nostrae duas formas misit Wr.:

α. *parvifolia*, foliis 10‴—5‴ longis, 5‴—2½‴ latis, corolla 1½‴ longa;

β. *ovalifolia*, foliis 16‴—10‴ longis, 12‴—5‴ latis, basi minus acutis, corolla 2‴ longa. Cuba occ. (α: Wr. 2195. β: 2196). E.

4. Lyonia obtusa Gr. ramulis teretiusculis petiolisque puberulo-pubescentibus, foliis ovalibus v. ovali-oblongis integerrimis utrinque obtusis sempervirentibus rigidis laevibus subtus fusco-punctatis: venis parum prominulis crassiusculis, pedicellis subgeminis pubescentibus, calyce 5fido: lobis ovatis acutis, corolla ovata (3‴ longa), antheris 10 recurvis oblongis basi obtusis, capsula ovata obtusa pedicello subtriplo breviori: suturis oblongis villosis. — Affinis praecedenti, sed capsulae latiores, valvis suturisque subaequilatis (in illa valvae suturis duplo latiores sunt); folia 1½″—1″ longis, 14‴—5‴ lata. — Cuba or. (Wr. 2203). E.

5. Lyonia latifolia Gr. in H. Hook. (*Leucothoe* Rich. t. 52 ex Lind. 1693; Wr. 2197: formae plures speciminibus completioribus in posterum comparandae: una tantum capsulifera exstat (*L. elliptica* Wr. mscr.), quae capsula oblongo-lanceolata 4gona pedicello aequilonga (4‴ longa), suturis linearibus convexo-prominulis a ceteris speciebus eximie differt. E.

✠ Lyonia glandulosa (*Leucothoe* Rich.)

6. Andromeda (Pieris) cubensis Gr. foliis lineari-lanceolatis lanceolatisque in petiolum brevem attenuatis coriaceis margine revolutis integerrimis v. superne subserratis acuminatis apice obtusiusculis (5″—3″ longis): venis parum conspicuis, racemis axillaribus folio sublongioribus: floribus secundo-erectis, corolla ovali-oblonga (5‴ longa): dentibus brevissimis, antheris dorso biaristatis: foramine ovali-oblongo. — Proxima *A. phillyreifoliae* Hook. (ic. t. 122), differt foliis angustis duplo longioribus, junioribus subtus glauco-albicantibus. — Cuba occ. (Wr. 2198). E.

7. Kalmia ericoides Wr. ramulis dense foliosis hispido-pilosis, foliis acerosis subsessilibus margine crassiusculo ad medianum fere revoluto linearibus v. lanceolato-linearibus acutiusculis sparsim glanduloso-pilosis (3‴—4‴ longis), pedicellis e summis axillis solitariis folio longioribus, calycis segmentis foliaceis ovato-lanceolatis corollam dimidiam aequantibus, corolla ovato-subglobosa ad medium 5fida (3‴ longa):

lobis ovatis acutis: sacculis tubi 10 ovali-oblongis, antheris basi bifida incumbentibus ovali-oblongis filamento brevioribus, stylo corollam subaequante apice truncato aequali. — Affinis videtur *K. hirsutae* Walt. „Frutex humilis; flores rosei" (Wr.). — Cuba occ. in distr. Guane, in pinetis arenosis pr. La Grifa (Wr. 2199). E.

8. Befaria cubensis Gr. ramis ferrugineo-pilosulis, foliis confertis anguste lanceolato-linearibus in basin subsessilem attenuatis margine revolutis supra glabratis subtus glaucis et excepto mediano glabris (2″—1½″ longis, 1½‴—2‴ latis), racemis terminalibus foliatis, calyce haemisphaerico ad medium 7(-6)fido (2‴ longo), staminibus petala spathulata coccinea (10‴ longa) excedentibus. — Affinis videtur *B. mexicanae* Benth. — Cuba occ. (Wr. 2200). E.

9. Vaccinium cubense Gr. pl. Wr. p. 171 (Wr. 342; *Thibaudia cubana* Rich. t. 51). E.

10. Vaccinium (Vitis idaea) Ramonii Gr. ramulis puberulis, foliis obovatis spathulatisque mucronulato-obtusis margine cartilagineo integerrimis glabris (10‴—8‴ longis, 6‴—4‴ latis), pedicellis axillaribus (v. infra folia lateralibus confertis) in axilla solitariis nutantibus bibracteolatis flore paullo longioribus folium dimidium aequantibus, calycis limbo 5partito: segmentis deltoideis, corolla brevi ovato-subglobosa 5dentata glabra (2‴ longa): dentibus deltoideis reflexis tubo multo brevioribus, genitalibus inclusis: antheris e dorso biaristatis: aristis tubulo triplo brevioribus, bacca globosa (4‴ diam.) „rubra". — Proximum V. *cubensi* et antherae structura eadem, sed pedicelli breves (3‴ fere longi) et corolla duplo minor, minus divisa (tamen et in *V. cubensi* corollae lobuli occurrunt breviores). „Frutex 6—9pedalis" (Wr.). — Cuba occ., e. g. Pinal Mayari (Wr. 2201, 2202). E.

11. Vaccinium Wrightii Gr. ramulis glabris, foliis elliptico-oblongis ellipticisque obtusatis integerrimis rigidis glabris (2″—1″ longis, 8‴—10‴ latis), inflorescentia racemosa: pedicellis bacca globosa „coccinea" longioribus, flore ... — Habitu accedit ad *V. meridionale* Sw., sed folia integerrima, rigidiora. „Frutex 6pedalis" (Wr.). — Cuba occ., Pinal Cainito (Wr. sine nr.). E.

XLIX. CYRILLEAE.

1. Cyrilla antillana Mich.

2. Purdiaea stenopetala Gr. pl. Wr. p. 171 (Wr. 341). E.

3. PURDIAEA MONODYNAMA Gr. sepalorum exteriorum uno ovato-oblongo obtuso (8''' longo) corollam duplo superante, tribus eam subaequantibus, quarto difformi, quinto et intimo lanceolato ciliato corollam dimidiam subaequante, petalis ovatis obtusis (3''' longis). — Syn. *Costaea cubensis* Rich. t. 53. — Folia latiora quam vulgo in *P. stenopetala*, ubi spathulato-lanceolata. — Cuba occ. (Wr. 2204). E.

Obs. *P. angustifolia* Wr. 2205 est mihi var. *P. stenopetalae* sepalis 3 exterioribus inaequalibus, binis corollam paullo superantibus, quinto breviori corollam dimidiam haud aequante.

Observationem graviorem cl. Wr. in literis tradidit, se in *Cyrilla antillana* loculos ovarii 3(2-4)ovulatos semper observasse.

L. CELASTRINEAE.

Obs. *Monteverdia* Rich. characterem fructus indehiscentis, quo auctor suum genus a Celastro distinguebat, non praebet, nec nisi semine albuminoso (albumine carnoso embryonem viridem includente) a Mayteno differt, ovario disco immerso a Celastro: inde, quum cl. Reissek Maytenos ad species exalbuminosas restringere voluerit, Monteverdiae nomen provisorie, at sectionale conservo.

1. MAYTENUS (Monteverdia) BUXIFOLIUS Gr. (Rug. 212; Wr. 2213: capsula 3—2valvis, „aurantiaca", arillo completo „albo"; *Monteverdia buxifolia* Rich. t. 36); var. *parvifolius* Gr. foliis minoribus spathulato-lanceolatis lanceolatisque (8''' longis, 4'''—3''' latis), nunc foliis obovatis (ut in α.) intermixtis (Rug. 628: specimen varietatem in collectione Wrightiana habitu valde alienam cum α. foliis heteromorphis conjungens; Wr. 2215; *Celastrus buxifolius* Rich.); var. *latifolius* Gr. foliis late obovatis (12''' longis, 6'''—9''' latis), fasciculis florum 2—4floris (Wr. 2214 b.) E.

2. MAYTENUS (Monteverdia) COCHLEARIFOLIUS Gr. glaber, ramis teretiusculis albicantibus, foliis rigide coriaceis concavo-convexis orbicularibus v. orbiculari-ovalibus basi brevissime subcordatis margine obtusis integerrimis apice late rotundatis aveniis (6'''—4''' longis): mediano supra inconspicuo subtus impresso: petiolo brevissimo crassiusculo basin laminae subtus intrante a mediano abruptim distincto, pedicellis subsolitariis brevibus petiolum paullo excedentibus, petalis 5 basi latis, capsula obovoidea bivalvi monosperma (3''' longa): arillo completo, seminibus albuminosis: embryone viridi. — Affinis

praecedenti, ubi folia basi subacuta, medianus supra inferne impressus, capsula subglobosa laetius tincta. — Cuba or. (Wr. 2212). E.

3. Maytenus (Monteverdia) elaeodendroides Gr. glaber, ramis teretiusculis cinereis, foliis coriaceis obovatis apice rotundatis basi cuneata in petiolum brevem attenuatis margine revoluto integerrimis aveniis ($2'' - 1^1/_2''$ longis): mediano utrinque prominulo, pedicellis fasciculatis petiolum paullo excedentibus, flore ..., capsula subglobosa ($4'''$ diam.) bivalvi monosperma (sicca fusco-aurantiaca): arillo completo, seminibus albuminosis: embryone viridi. — Differt a *M. buxifolia* foliis majoribus, mediano prominulo, capsula majori. — Cuba or. (Wr. 2214 a.) E.

4. Maytenus (Monteverdia) lineatus Wr. glaber, ramis *teretibus foliosis foliorum mole ponderosis „declinatis“*, foliis rigide pergameneis oblongo-lanceolatis acuminatis basi cuneata brevissime petiolatis integerrimis striato-venosis ($2'' - 1''$ longis, $7''' - 5'''$ latis): mediano inconspicuo, venis prominulis dense paralleiis rectilineis medio sub angulo acuto contiguis, pedunculis paucifloris petiolum subaequantibus saepe supraaxillaribus, petalis 4, capsula spathulato-oblonga ($6'''$ longa, sicca nigricante) bivalvi monosperma: valvis acutis, seminibus albuminosis: arillo completo „albo“. — Singulari modo foliis imitatur *Amyriden lineatam*, cui tamen petiolus gracilis superne articulatus et medianus conspicuus; „frutex 10pedalis, floribus virentibus“; ovarium 2loculare, loculis 2ovulatis, ovulis collateralibus erectis. — Cuba occ., in paludosis salsis pr. Toscano (Wr. 2216). E.

5. Maytenus cuneifolius Gr. (*Evonymus* Wr. in pl. Wr. p. 171; Wr. 1140: petalis 4 cum praecedente convenit, foliis alternis ab Evonymo recedit; seminis arillo incompleto habituque a sect. Monteverdia differt). E.

6. Elaeodendron xylocarpum DC. (Wr. 2206 ex parte: nuce obtusa ovoidea).

7. Elaeodendron attenuatum Rich. (Wr. 2207: praecedenti proximum, sed nux acuta basi attenuata ellipsoidea; 2206 ex parte: forma petalis „saepe 4“). E.

8. Elaeodendron dioecum Gr. Fl. p. 709 (Wr. 1144, 1585; *E. attenuatum* pl. Wr. p. 171, non Rich.: nux ovoideo-globosa, utrinque rotundata).

9. Myginda Rhacoma Sw. (excluso synonymo *Rhacomatis Crossopetali* L. quoad descriptionem Linnaeanam, incluso quoad ic. P. Br. a Linn. citatam; Wr. 2209).

= Hippocratea malpighiifolia?

10. Myginda pallens Sm. (Rug. 273; Wr. 81 c.)

11. Myginda latifolia Sw. (Rug. 210).

12. Myginda ilicifolia Lam. (Rug.; Wr. 2211; foliis breviter petiolatis supra aveniis, cyma laxa pedunculata folium subaequante, drupa subglobosa a sequente differt).

13. Myginda aquifolia Gr. ramulis teretiusculis pubescentibus, foliis subsessilibus ovatis v. ovato-subrotundis sinuato-pinnatifidis utrinque venosis glabris v. subtus subpuberulis: lobis subulato-pungentibus undulato-patentibus, cymis in glomerulum contractis subsessilibus, drupa ovoideo-oblonga abortu monosperma. — *M. ilicifolia* Rich. cub. (Greene; Lam.; Wr. 2210). E.

Obs. Myginda duae sequentes, etsi diu notae sunt, anomalam structuram praebent, habitu vero nimis cum ceteris conformi placet magis sectiones quam genera monotypa creare.

Myginda sect. *Gyminda* Gr. Flores dioeci. Ovarium 4loculare, loculis uniovulatis, ovulis pendulis, rhaphe dorsali; stigmata 4, lata, sessilia. Drupa abortu monosperma; semen albuminosum, albumine carnoso, cotyledonibus foliaceis, testa membranacea, arillo subnullo. — Frutex, foliis oppositis, cymis pauci(-1)floris axillaribus pedunculatis.

14. Myginda (Gyminda) integrifolia Lam. Ad Ilicem retulit Kunth, sed, ut bene monet de Candolle, cum *M. latifolia* Sw. habitu, imo folii serraturis ita convenit, ut vix nisi drupa globosa, floribus dioecis et ovulis pendulis distingui possit: ab Ilicineis porro embryone evoluto Myginda foliisque oppositis removetur (Wr. 81 b.: Myginda latifolia var. pl. Wr. p. 171, non Sw.; 81 a.: forma glaucifolia).

Myginda sect. *Uragoga* Gr. Ovarium disco tenui immersum, 2loculare, loculis uniovulatis, ovulis erectis; stylus minutus, subindivisus. Drupa abortu monosperma; semen exalbuminosum, cotyledonibus carnoso-foliaceis virentibus semiglobosis, testa membranacea, arillo subnullo. — Suffrutex pubescens, diffusus, ramis adscendentibus, foliis oppositis, cymis multifloris pedunculatis axillaribus; petala 4, membranacea, denticulata, expansa (sicca rubro-picta).

15. Myginda (Uragoga) Uragoga Jacq. amer. pict. t. 22. — *Rhacoma Crossopetalum* L. sp. quoad descriptionem (exclus. ic. P. Br.). Ervendberg pl. mexic. 139 (Wr. 2208: „flores obscure rubri, drupa coccinea; in maritimis Cubae occ. pr. Toscano).

16. Schaefferia frutescens Jacq. (Rug. 171; Lind. 2001; Wr. 77).

Obs. Schaefferiae species haitiensis (*S. Berterii* Gr. in coll. univers. Wirceb.) exstat in pl. Berteroanis, cujus synonymon est *Bumelia Berterii* Balb.!

LI. ILICINEAE.

1. Ilex dioeca Gr. Fl. p. 147 (Wr. 1143).

2. Ilex montana Gr. Fl. p. 147 (Lind. 1698, 2083; Wr. 78, 79; *I. Cassine* Rich., non Ait.)

3. Ilex celastroides Kl. (Wr. 1141).

4. Ilex repanda Gr. pl. Wr. p. 172 (Wr. 1142: bacca matura globosa est 3‴ fere diam.) E.

5. Ilex minutiflora Rich. (Wr 2218: differt ab *I. montana* Gr. ramulis puberulis, corymbis glomeruliformibus petiolum brevem aequantibus; floris organa quaternaria). E.

6. Ilex lanceolata Gr. ramulis petiolis costaque foliorum subtus pilosulis v. glabratis, foliis oblongo-lanceolatis submucronato-acutis basi cuneata petiolatis (4″—3″ longis, 1″ latis) integerrimis v. superne remote spinuloso-serrulatis supra nitidis glabris subtus pallidis epunctatis juxta costam prominulam pallidis: venis primariis parum conspicuis distantibus, flore ..., pedicellis fructiferis (2‴ longis) petiolum aquantibus, bacca globosa (3‴ diam.) laevi rubra: pyrenis tetragonis. — Affinis *I. bumelioidi* Kth., differt pube ramulorum, fructu majori, foliis discoloribus. — Cuba occ. (Wr. 2217). E.

LII. HIPPOCRATEACEAE.

1. Hippocratea scandens Jacq. (Wr. 1147).

2. Hippocratea ovata Lam. (Wr. 80); var. (Wr. 1148: forma paniculis contractis).

3. Hippocratea malpighifolia Rudg. (Wr. 2219; *H. integrifolia* Rich.)

4. Anthodon verrucosus Gr. pl. Wr. p. 172 (Wr. 1146). E.

LIII. CHAILLETIACEAE.

1. Tapura cubensis Gr. foliis coriaceis elliptico-oblongis v. ellipticis apice obtusis obtusiusculis glabris subtus reticulato-venosis, glomerulis petiolaribus multifloris puberulis, corolla 5partita inaequali: segmentis emarginatis, staminibus corollae adhaerentibus, 3 fertilibus exsertis, 2 sterilibus inclusis, stylo piloso apice trifido. — *Chailletia cubensis* Poepp.

Endl. t. 246 f. 3 delineatur petalis distinctis et staminibus 5 aequalibus inclusis, tamen forte non differt. — Cuba or. (Wr. 2220); var. foliis angustioribus a medio ad apicem obtusum attenuatis (Wr.: „frutex 8pedalis"; Wr. 1299: specimina fructifera, drupa obovata pubescente 1sperma, semine pendulo exalbuminoso.

LIII. URTICEAE.

1. Celtis trinervia Lam. (Rug. 314; Wr. 1441).

2. Celtis aculeata Sw. (Rug. 330; Wr. 524, 526; *Mertensia laevigata* Kth., Rich.)

3. Sponia micrantha Decs. (*Celtis* Sw., Rich.; Rug. 695; Wr. 525; *Urtica alnifolia* Poir. in pl. Berter.)

4. Sponia mollis Decs. (Wr. 2221).

5. Sponia Lamarckiana Decs. (Rug. 324; Wr. 1442; *Celtis parvifolia* Rich. ex Lind. 1784).

6. Ampelocera cubensis Gr. ramulis pube minutissima adspersis glabratis, foliis elliptico-oblongis oblongisque acutis basi saepe oblique rotundatis integerrimis glabris (7″—2″ longis), stipulis membranaceis semiovato-lanceolatis dorso puberulis deciduis, floribus lateralibus in glomerulo paucis, calyce 4partito: segmentis ovatis obtusiusculis lacero-denticulatis, ovario tenuissime puberulo mox glabrato stigmatibus tomentoso-pubescentibus subaequilongo. — *A. Ruizii* Kl. ex descr. differt „foliis serratis, staminibus 10 et ovario tomentoso". Habitus Celtidis; stamina 8(-12); drupa subglobosa (5‴ diam.): semen e funiculo pendulo adscendens, embryone contortuplicato, radicula infera. — Cuba occ. (Wr. 2222). E.

7. Ficus (Pharmacosycea) „Radula W." (Ramon de la Sagra ap. Rich.; vidi ex ins. Trinidad).

8. Ficus (Pharmacosycea) suffocans Bks. (Wr. 543: ab Urostigmate ad Pharmacosyceam transponenda).

9. Ficus (Urostigma) crassinervia Desf. (Wr. 541).

10. Ficus (Urostigma) trigonata L. (Wr. 1444, 1685).

11. Ficus (Urostigma) laevigata V. (Rug. 665; Wr. 544, 1684; conferatur *F. venusta* Kth.)

12. Ficus (Urostigma) lentiginosa V. (Wr. 1686).

13. Ficus (Urostigma) dimidiata Gr. Fl. p. 151 (Wr. 542, 1683).

14. Ficus (Urostigma) populnea W. (Wr.)

15. Ficus (Urostigma) elliptica Kth. (Wr. 1443).

16. Ficus (Urostigma) pertusa L. (Wr. 545; *F. jacquiniaefolia* Rich. t. 72).

17. Pseudolmedia spuria Gr. Fl. p. 152 (Poepp. pl. cub.; Wr. 2223; *P.havanensis* Tréc.)

18. Cecropia „peltata L." (Rich.)

19. Cecropia obtusa Tréc. (Wr. 1440).

20. Cecropia digitata Ten. ex descr. Miq. (Rug. 604).

21. Trophis americana L. (Wr. 589, 592).

22. Maclura tinctoria Don. (*Broussonetia* Kth., Rich.; Wr. 1439).

23. Dorstenia tuberosa Wr. pl. Wr. p. 173 (Wr. 1446). E.

24. Dorstenia crenulata Wr. pl. Wr. p. 173 (Wr. 1447). E.

25. Dorstenia crassipes Wr. acaulis, foliis infra mediam laminam (prope $^1/_3$ longitudinis) peltatis ovato-rotundatis repandis v. repando-integerrimis petiolo multo brevioribus glabris ($2^1/_2$"—2" longis, 2"—$1^1/_2$" latis), receptaculis cyathiformi-orbicularibus integerrimis peltatis: pedunculo petiolo (6" longo) plus duplo breviori. — Rhizoma repens (2'''—3''' diam.). — Cuba or., pr. La Catilina (Wr. 2224). E.

26. Dorstenia petraea Wr. acaulis, pilosula, foliis supra basin laminae (prope $^1/_{12}$ longitudinis) peltatis ovato-oblongis obtusiusculis repando-integerrimis petiolo debili subaequilongis membranaceis subsolitariis (2" longis, 1" latis), receptaculis parvis (3'''—4''' diam.) cyathiformi-orbicularibus denticulatis peltatis: pedunculo folium subaequante. — Cuba or., pr. San Juan de Buenavista (Wr. 2227). E.

27. Drostenia erythrandra Wr. acaulis; foliis paullo infra v. prope mediam laminam peltatis ovato-subrotundis repando-crenatis v. sinuato-crenatis, nunc repandis petiolo pilosulo subtriplo brevioribus glabrescentibus (1", vel 2"—$^1/_2$" diam.), receptaculis cyathiformi-orbicularibus crenatis pellatis: pedunculo petiolum subaequante, nunc breviori, nunc longiori. — Rhizoma breve, incrassatum; „receptaculum intus purpureum margine flavescente" (Wr.). — Cuba or., in rupium fissuris pr. Baracoa, Mata (Wr. 2226, 2227). E.

28. Fleurya „aestuans Gaud." (*Urtica nemorosa* Kth., Rich.)

29. Fleurya umbellata Wedd. (Rug. 769; Wr. 1453; 2229: forma microphylla; *Urtica cuneata* Rich.)

30. Fleurya glomerata Gr. setis nullis v. paucis cauli adspersis, foliis ovatis acutis latitudine duplo longioribus supra basin adpresse serratis petiolo subaequilongis, cymis in glomerulum axillarem contractis, acheniis subsessilibus oblique

ovatis stylo brevi apiculatis. — Affinis *F. umbellatae*, annua, pedalis, foliis 2″ longis v. minoribus, serraturis breviter subdeltoideis distinguenda. — Cuba occ. (Wr. 2228). E.

31. Urera baccifera Gaud. (Rug. 254; Wr. 527).

32. Pilea microphylla Liebm. (Rug. 740; Wr. 538, 1452, 2230; *Urtica callitrichoides* Kth., Rich.); var. *trianthemoides* Sw. (Wr. 2231); var. *perexigua* Gr. pl. Wr. p. 173 ubi sphalmate *peregrina* (Wr. 1458); var. *herniarioides* Lindl. (Wr. 1679, 1456 a.)

33. Pilea heteroneura Gr. pl. Wr. p. 173, ubi sphalmate *heteronema* (Wr. 537, 1456 b.)

34. Pilea lucida Bl. var. *cuneifolia* Wedd. (Wr. 1448); var. *serrulata* Wedd. (Wr. 1448 a; *P. cubensis* Wedd.; *Urtica Lindeniana* Rich. ex Lind. 1839).

35. Pilea pendula Wr. glabra, caespitosa, foliis parvis ovatis acutis integerrimis uninerviis marginatis breviter petiolatis (3‴ v. 2‴—6‴ longis, 3‴—2‴ latis): rhaphidibus copiosis utrinque obliquis linearibus, cymis parvis contractis saepe interrupto-fasciculiformibus androgynis pedunculo longo exserto suffultis. — Caulis pedalis, v. brevior, simpliciusculus, flaccidus; folia rigidula. A formis *P. microphyllae* pedunculis saepe ultra-pollicaribus rhaphidibusque, a *P. lucida* foliis integerrimis differt. — Cuba occ., pendula e rupibus montis Toro (Wr. 2232). E.

36. Pilea cnidioides Gr. pl. Wr. p. 173 (Wr. 1451). E.

37. Pilea spathulata Gr. caule simpliciusculo glabro: internodiis sursum decrescentibus, foliis spathulatis acutiusculis uninerviis in petiolum longe attenuatis marginatis subintegerrimis v. superne remote serratis glabris v. ciliatis (incluso petiolo 2″—1″ longis, superne 4‴—6‴ latis): rhaphidibus copiosis utrinque vagis linearibus, stipulis majusculis (3‴ longis, laceris, cymis sexu distinctis pedunculo folia subaequante suffultis, ♂ contractis fasciculiformibus, ♀ dichotomo-expansis. — Cuba orient., Yunque de Baracoa (Wr. 2235). E.

38. Pilea uninervis Gr. glabra, robusta, foliosa, foliis spathulato-lanceolatis breviter acuminatis uninerviis in basin subsessilem v. petioliformem sensim attenuatis grosse dentato-serratis (4″—3″ longis, 12‴—8‴ latis): rhaphidibus copiosis utrinque vagis linearibus, stipulis majusculis (2‴ longis), cymis sexu distinctis pedunculo folium dimidium subaequante suffultis, ♂ ..., ♀ expansis iterato-divisis — Cuba orient. (Wr. 2236). E.

39. Pilea nudicaulis Wedd. (Wr. 528; *Urtica lanceolata* Rich.); var. *salicifolia* Wedd. (Wr. 530).

40. Pilea stelluligera Wedd. (Wr. 2233).

41. Pilea Parietaria Bl. (Wr. 529).

42. Pilea ciliaris Wedd. (Wr. 1449: *P. corymbosa* Gr. pl. Wr. p. 174, non Bl. et Gr. pl. carib.); var. *glabra* (Wr. 2234).

43. Pilea „stolonifera Wedd." (Wedd.)

44. Pilea glomerata Gr. suffruticosa, ramosa, glabra, foliis ovato-lanceolatis acuminatis basi subcuneata trinerviis subintegerrimis v. repando-crenulatis longiuscule petiolatis ($20'''$ — $12'''$ longis: nunc altero breviori, $7'''$ — $4'''$ latis): rhaphidibus supra nullis, subtus copiosis vagis linearibus, cymis dioecis, utriusque sexus in glomerulum sessilem petiolo multo superatum contractis. — Affinis *P. sessiliflorae* Wedd. — Cuba orient. (Wr. 2240). E.

45. Pilea Swartzii Wedd. (Wr. 533; „534, 540").

46. Pilea nummularifolia Wedd. (Wr. 1455).

47. Pilea depressa Bl. var. *microphylla* (Wr. 1678, 1682, 2237); var. *calycosa* Wr. (Wr. 2236: cyma ♂ breviter pedunculata).

48. Pilea rotundata Gr. Fl. p. 158, var. *subintegerrima* pl. Wr. p. 174 (Wr. 1457, 1680); var. *filipes* Gr. foliis parvis obsolete crenulatis v. repandis, pedunculo exserto (Wr. 2238).

49. Pilea Wydleri Bl. (Wr. 535).

50. Pilea repens Wedd. (Wr. 539, 1454).

51. Pilea inaequalis Wedd. (Wr. 2241).

52. Pilea pubescens Liebm. (Wr. 2239).

53. Pilea betulifolia Wedd. (Rug. 770; *P. hederacea* Wedd.)

54. Gyrotaenia myriocarpa Gr. pl. Wr. p. 174 (Wr. 531). E.

55. Boehmeria cylindrica W. var. *litoralis* Sw. (Rug. 230; Wr. 1450).

56. Pouzolzia repens Gr. pl. Wr. p. 174 (Wr. 1459). E.

57. Phenax urticifolius Wedd. (Wr. 532).

58. Rousselia lappulacea Gaud. (Wr. 1681).

LV. POLYGONEAE.

1. Rumex obtusifolius L. var. (Wr. 2243).

2. Rumex „conglomeratus Murr." (*R. acutus* Campd. ap. Rich.)

3. Polygonum acre Kth. (Poepp. pl. cub.; Rug. 232 b; Wr. 2246).

4. Polygonum acuminatum Kth. (Wr. 2245; *P. micranthum* Rich. ex descr.).

5. Polygonum glabrum W. (Wr. 2248); var. *densiflorum* Msn. (Rug. 232).

6. Polygonum segetum Kth. (Wr. 2247; *P. truncatum* Rich. ex descr.?).

7. Polygonum „spectabile Msn.“ (Ramon ap. Msn.)

8. Polygonum „hispidum Kth.“ (Poepp. ap. Msn.)

9. Polygonum Meissnerianum Cham. Schl. var. *Beyrichianum* Cham. Schl. (Wr. 2244).

10. Coccoloba uvifera Jacq. (Wr. 2259).

11. Coccoloba leoganensis Jacq. var. *parvifolia* (Wr. 2251); var. *cordata* (Wr. 1393).

12. Coccoloba tenuifolia L. (Wr. 1395, 2257).

13. Coccoloba cubensis Msn. (Lind. 2047).

14. Coccoloba diversifolia Jacq. (Wr. 2258; *C. coriacea* et *C. calobotrys* Msn. ex descr.)

15. Coccoloba Kunthiana DC., auct. Msn. in lit. (Wr. 2253: „arbor 30pedalis“; 2256: „frutex 4—6pedalis“; species foliis venatione minutissime reticulata quasi scrobiculatis insignis).

16. Coccoloba floridana Msn.! (Rug. 609).

17. Coccoloba retusa Gr. Eucoccoloba, foliis ovalibus v. ovali-orbicularibus apice rotundatis v. retusis basi in petiolum sulcatum breviter et anguste decurrentibus lucido-glabris rigido-chartaceis (2″—1″ longis, $1^1/_2$‴—8‴ latis): venis primariis et secundariis laxe reticulatis utrinque prominulis, ochreis arctis deciduis petiolo brevioribus, racemis simplicibus cernuis (2″ longis): pedicellis solitariis ternatisque apice articulatis sub anthesi bracteae truncatae aequalibus brevissimis, demum exsertis, calyce 5fido: tubo obconico (vix $^1/_2$‴ longo): lobis ovato-subrotundis. — Conferatur *C. parvifolia* Poir., species obscura, „racemis brevioribus“ recedens sec. Msn. in lit. — Cuba orient. (Wr. 2252). E.

18. Coccoloba punctata L. var.? *parvifolia* Gr. pl. Wr. p. 175 (Wr. 462, 1394, 2255: venis secundariis folii plane non prominulis nec conspicuis a *C. punctata* L. distincta, fructuque ignoto dubia, sec. Msn. in lit. specifice distincta et verosimiliter nova).

19. Coccoloba pallida Wr. Eucoccoloba, foliis breviter oblongo-lanceolatis utrinque rotundato-obtusis v. basi subcordatis breviter petiolatis glabris rigidis pallide fuscescentibus ($1^1/_2$″ longis, 6‴ latis): venis minute reticulatis, omnibus

supra parum, subtus valde prominentibus, ochreis brevibus internodium aequantibus arctis deciduis, spicis simplicibus folio saepe longioribus (2″—1½″ longis): floribus subsolitariis sessilibus cum rhachi articulatis, calyce 5fido: tubo (⅔‴ longo) bracteam subaequante, lobis subrotundis, bacca ovoidea. — „Frutex expansus, 6—9pedalis, floribus pallide virentibus“ (Wr.). — Cuba occ., pr. San Marco (Wr. 2254). E.

Coccoloba sect. *Rhigia*. Stamina brevia, in annulum latum perigyne adnexum connexa. Achenium calycis segmentis subcarnosis inclusum v. breviter exsertum, a tubo ejus abbreviato nec crescente distinctum. — Frutices rigidissimi, microphylli, spicis paucifloris.

Sectio habitu distinctissimo aliena et forsan olim generice separanda, *Muehlenbeckiis quibusdam accedens*, sed *flore* hermaphrodito et semine profunde 6sulcato (in C. armata observato) cum Coccoloba consentanea: semen vero maturum adhuc latet.

20. Coccoloba (Rhigia) microphylla Gr. squarroso-ramosissima, foliis minutis reniformi-orbiculatis apice breviter bilobis basi subcordatis brevissime petiolatis glabris (1½‴—1‴ longis, 1½‴ latis): venis laxis paullo prominulis, imis approximatis, ochreis arctis fissis dorso ad apicem emarginatis deciduis, spicis brevibus cylindricis inferne ochreatis: floribus (1‴ diam.) solitariis brevissime pedicellatis, calyce 5partito: segmentis subrotundis achenium (immaturum) aequantibus, filamentis 8 brevibus subulatis, stylis 3 brevissimis apice dilatatis circinato-recurvatis. — Frutex inermis, sed undique ramulis superne subaphyllis rigens; spicae pleraeque caducae, una superest subterminalis, semipollicaris, apicem versus 3flora; filamenta annulo subbreviora, anthera minuta biloculari; achenium 3gono-subglobosum. — Cuba occ. (*C. ramosissima* Wr. 2249, non Wedd.). E.

21. Coccoloba (Rhigia) armata Wr. intricato-ramosa, foliosa, foliis parvis rigidis deltoideo-orbicularibus spinoso-mucronatis basi subcordatis breviter petiolatis glabris (spina 1‴ longa inclusa 4‴ longis, 3‴ latis): venis dense reticulatis parum prominulis, ochreis brevibus arctis deciduis, spicis ..., calyce profunde 5fido: lobis ovato-oblongis obtusiusculis achenio (immaturo 2‴ longo) breviter superatis, filamentis 8 lineari-filiformibus basi brevissime ex annulo dilatatis, stylis 3 brevissimis angustis patulis. — „Frutex 6—9pedalis, floribus virentibus“ (Wr.); filamenta persistentia, annulo aequilonga;

achenium ovato-oblongum, obtusiusculum. — Cuba occ., pr. S. Marco (Wr. 1250). E.

22. Antigonon leptopus Hook. Arn. (Wr.)

LVI. PIPERACEAE.

Mildea Gr. (genus monographo Equiseti dicatum).

Amentum interruptum polygamo-androgynum, floribus superioribus ♂, inferioribus ♀ et hermaphroditis. Bracteae basilares, minutae, oblongae v. in ♀ bipartitae. Stamina in ♂ solitarium, in hermaphrodito 2—1, ovario lateralia: antherae didymae, loculis a connectivo divergentibus. Ovarium sessile, stigmatibus 4 sessilibus parvis rubicundis. — Herbae minutae, radicantes; folia parva, membranacea, ad nodos radicantes rosulata, pauca v. solitaria, petiolo lamina longiori; scapi filiformes e centro rosulae; flores minuti. Verosimiliter *Verhuelliae* Miq. species primariae idem genus sistunt, a Piperacearum indole stigmatum fabrica et modo crescendi alienum, sed in descriptione „bracteae peltatae et stamina cum ovario connata" nimis offendunt quam ut nomen adoptetur.

1. Mildea hydrocotylifolia Gr. foliis cordato-orbicularibus 5nerviis integerrimis glabris scapo superatis (2‴—3‴ diam.), floribus sursum magis approximatis, ♂ compluribus, bracteis inferioribus bipartitis. — Scapi 6‴ 12″ longi, pellucidi, supra medium amentacei. — Cuba occ., in rupibus montis Toro (Wr. 2266). E.

2. Mildea elegans Gr. foliis reniformi-orbicularibus basi subtruncata in petiolum minute contractis obsolete 3—5nerviis parce setulosis v. glabrescentibus scapum subaequantibus (4‴—3‴ longis, 5‴—3‴ latis), floribus remotis, plerisque hermaphroditis v. ♀, bracteis oblongis. — Scapi 8‴—12‴ longi, supra medium amentacei. — *Verhuellia elegans* Miq.! — Cuba occ. (Wr. 2264). E.

3. Peperomia nummelarifolia Kth. (Wr. 520, 521; „518").

4. Peperomia exilis Gr. Fl. p. 164 (Wr. 519).

5. Pereromia rotundifolia Kth. (Rug.)

6. Peperomia Miqueliana Gr. (*Acrocarpidium mexicanum* Miq. ex descr.; Wr. 2262).

7. Peperomia serpens Loud. (*Verhuellia* Miq.; W. 2263).

8. Peperomia tenella Dtr. (Wr. 523).

9. Peperomia pellucida Kth. (Wr. 2261).

10. Peperomia acuminata Miq. (Rug. 841; Wr. 504).

11. PEPEROMIA DENDROPHILA Schlecht. (Rug. 207; Wr. 505; 503, 1688: formae in pl. Wr. p. 175).

12. PEPEROMIA GLABELLA Dtr. (Wr. 506; *P. lineatipila* Rich.: forma nodis piliferis: G. Don. pl. havan.)

13. PEPEROMIA HIRTELLA Miq. (Wr. 512; „511 a.")

14. PEPEROMIA IONOPHYLLA Gr. pl. Wr. p. 175 (Wr. 516). E.

15. PEPEROMIA REPENS Kth. (Wr. 517).

16. PEPEROMIA HERNANDIFOLIA Dtr. (Wr. 497).

17. PEPEROMIA MONSTERIFOLIA Gr. (§. 2) caule radicante apice adscendente robusto succulento petiolisque puberulis, his laminae subaequilongis, foliis alternis herbaceis supra basin rotundatam peltatis ovatis breviter cuspidatis penninerviis (6″—7″ longis, $2^1/_2$″—4″ latis: insertione petioli 2‴—3‴ a basi distante), amentis pedunculo multo longioribus (5″—7″ longis), ovario rostrato, fructu ovoideo sessili rostro obliquo vix longiori. — Affinis videtur *P. arifoliae* Miq., foliis majoribus, venis primariis omnibus pinnatim distantibus (binis paribus inferioribus magis approximatis) distinguenda. — Cuba orient. (Wr. 2260). E.

18. PEPEROMIA PRODUCTA Gr. Fl. p. 166 (Wr. 501, 508, 1420).

19. PEPEROMIA DISTACHYA Dtr. (Wr. 499, 502, 1419); var. (Wr. 498: forma folio majori, pedunculo brevi).

20. PEPEROMIA OBTUSIFOLIA Dtr. (Wr. 509, 510, 1689); var. *cuneata* Miq. (Wr. 511 b.)

21. PEPEROMIA ALPINA Dtr. (Wr. 507; „500" !).

22. PEPEROMIA VERTICILLATA Dtr. (Wr. 2265).

23. PEPEROMIA MYRTILLUS Miq. (Wr. 522).

24. PEPEROMIA OBVERSA Dtr. (Wr. 515).

25. PEPEROMIA „REFLEXA Dtr." (Rich.: „Lind. 1794").

26. POTHOMORPHE PELTATA Miq. (Wr. 496 a.)

27. POTHOMORPHE UMBELLATA Miq. (Rug. 382; Wr. 496).

SYMBRYON n. gen.

Flores diclines, ♂ ignoti. Ovarium bracteis 2 basifixis lateralibus subulatis basi dilatata vaginantibus stipatum: ovulum basilare: stigma sessile, nudum, minutissimum. — Frutex, nodis aequalibus; folia alterna, trinervia, venis subtus costatis, petiolo basi articulato; pedunculi oppositifolii (v. apicales): amenta 4—3nata, e pedunculi apice divergentia, v. abortu subsolitaria, curvata: bracteae remotiusculae.

28. SYMBRYON TETRASTACHYUM Gr. foliis ovatis abruptim acuminatis apice ipso obtutiusculis basi rotundatis v. sub-

truncatis chartaceis glabris impunctatis (3″—3½″ longis, 2½″—1″ latis): nervis tribus subtus arcte, pari submarginali venisque primariis minus prominentibus, his transversis remotiusculis et laxe reticulatis: petiolo tenui gracili (6‴—8‴ longo); amentis (6‴—8‴ longis) pedunculo (s. ramo amentifero) saepe brevioribus puberulis. — „Frutex debilis, 10pedalis“ (Wr.). — Cuba or. pr. Mata (Wr. 2268). E.

Obs. *Piper leptostachyum* Rich. (Santiago: Lind. 1777), a me non visum, ex „foliis trinerviis, venis transversis, quasi Melastomaceis“ cum nostro Symbryo comparandum, distinctum vero „foliis ellipticis, utrinque acutis, amento bipollicari gracili“ et plurimis Enckeae Amalago accedit.

29. Enckea Amalago Gr. Fl. p. 169 (Wr. 513; 514: forma hirtella).

30. Enckea Sieberi Miq. (Rug. 305; *Piper plantagineum* Rich.)

✠ Enckea „articulata (*Piper* Rich.“: „folia penninervia, basi cordata“).

31. Schilleria caudata Kth. (Wr. 2267).

32. Artanthe adunca Miq. (Rug. 304; Wr. 494, 773, 1687).

33. Artanthe scabra Miq. (Rug. 302; Wr. 493).

34. Artanthe verrucosa Gr. Fl. p. 171 (*Piper* Sw. ap. Rich.: „Lind. 1797“).

35. Artanthe Swartziana Miq. (Wr. 2269, 2270). *

36. Artanthe geniculata Miq. (Wr. 2271).

37. Ottonia sphaerocarpa Gr. pl. Wr. p. 176 (Wr. 495); var. *articulata* Gr. (Wr. 2272). E.

38. Ottonia punctata Gr. glabrescens, foliis ovato-lanceolatis acuminatis basi acuta 3nerviis subtus dense punctatis chartaceis (2″—3″ longis, 6‴—10‴ latis); baccis ellipticis stipitatis stipite longioribus utrinque acutiusculis. — Foliis trinerviis cum *O. sphaerocarpa* convenit, quam fructu in stipitem attenuato cum typicis speciebus conjungit. — Cuba or. (Wr. 2273). E.

LVII. CHLORANTHEAE.

1. Hedyosmum nutans Sw. (Wr. 491, 1416).
2. Hedyosmum arborescens Sw. (Wr. 490, 1415).

LVIII. TEREBINTHACEAE.

1. Bursera gummifera L. (Wr. 1155).
2. Bursera angustata Wr. foliolis 9—5 lanceolatis

* 1417, 1418 [illegible] = 2269

mucronato-acutis v. obtusiusculis basi acutis glabris subtus venosis (2″—1½″ longis, 4‴—5‴ latis), floribus coaetaneis longiuscule pedicellatis, putamine subgloboso-triquetro (3‴ diam.): lateribus binis planis, tertio rotundato-convexo. — Cuba occ. (Wr. 2278); var.? (Wr. 2279 e Cuba or.: forma affinis, sed sec. *specimina non sufficientia foliolis* 5—3 *latioribus* basi in petiolulum attenuatis glaucescentibus minus venosis recedens). E.

3. Bursera glauca Gr. foliolis 3—1 glaucis oblongis ovato-oblongis v. oblongo-lanceolatis apice rotundato v. obtusiusculo mucronatis basi obtusis glabris (1″—2″ longis, 5‴—10‴ latis): venis parum conspicuis v. primariis subtus subprominulis, floribus coaetaneis: pedicellis superioribus abbreviatis, putamine ellipsoideo-trigono (3‴ longo): lateribus convexis. — Cuba or. (Wr. 2277). E.

4. Icica heptaphylla Aubl. (Wr. 1603; 1158: drupa apice depressa v. breviter abruptim acutiuscula); var.? *Copal* Rich. t. 37, *non* Schlecht. (cui sec. specimin. mexic. coll. Ervendberg 185 racemi elongati) foliolis 5—3, drupa majori minus depressa (Wr. 1156, 1157).

5. Hedwigia „balsamifera Sw.“ (Rich.; *Icica Hedwigia* Rich.)

6. Amyris „Plumieri DC.“ (*A. maritima* Rich.? ex „drupa minuta, seminis Piperi diam.“, sed obstant „folia subtus glaucescentia“ sequentis).

7. Amyris sylvatica Jacq. (Greene; Wr. 1581: forma foliis acuminatis).

8. Amyris maritima Jacq. (Wr. 66, 1580, 2282).

9. Amyris balsamifera L. (Rug. 728; Wr. 1606; *A. sylvatica* Rich.)

10. Amyris axilliflora Gr. foliolis 3 oblongis v. elliptico-oblongis breviter acuminatis basi acutiusculis breviter petiolulatis glabris virentibus subtus pallidioribus integerrimis pellucido-punctatis (6″—4″ longis, 2″—15‴ latis): terminali distante, lateralibus saepe alternantibus: venis tenuibus laxe areolatis, corymbis contractis petiolum infra foliola subaequantibus, petalis ovalibus stamina includentibus, antheris ovatis mucronatis, drupa globosa (4‴ diam.). — Cuba or. (Wr. 2283). E.

11. Amyris lineata Wr., Gr. pl. Wr. p. 177 (Wr. 1154: folia ex textura epunctata). E.

12. Huertea cubensis Gr. *foliolis* 8—10jugis oblongo-lanceolatis subabruptim obtusiuscule acuminatis supra basin

oblique semiovatam (margine superiori magis evoluto) dense glanduloso-serratis basi eglandulosis glabris v. ad axillas venarum subtus pilosis (3″—4″ longis), paniculis axillaribus puberulis laxis folio brevioribus, calyce et corolla minutis, staminibus 5 exsertis: anthera subglobosa, stylo apice bifido. — Fructus ignotus, sed congener videtur pl. Sprucean. peruv. 4193. Calyx minute 5dentatus; stamina disco perigyno 5glanduloso inserta; ovarium 2loculare, loculis uniovulatis, ovulis pendulis; folia submembranacea, epunctata: basis foliolorum sursum late rotundata, ut in Juglande insulari. — Cuba or., pr. Monteverde (Wr. 2276). E.

13. Spondias lutea L. (Wr. „2281": non vidi).

14. Spondias purpurea L. (Wr. 2280).

15. Rhus (Sumac) Copallina L. var. (Wr. 2290: forma foliolis parvis 15—21).

16. Rhus (Sumac) „lineatifolium Ort." (Lag.)

Rhus sect. *Metopium* DC. char. emend. Flores dioeci v. polygami. Stigmata subsessilia 2—„3". Ovulum lycotropum, funiculo superne ipsi adhaerente. Bacca ovoidea, majuscula, epicarpio coriaceo glabro, mesocarpio trabeculis divisis fibroso, endocarpio cartilagineo-membranaceo testae membranaceae approximato. Embryo viridis, cotyledonibus carnosis semiovoideis, radicula brevi inflexa descendente margini cotyledonum accumbente. — Arbores gummifluae: foliola e petiolo tenui longe petiolulata integerrima; petala venosa, stamina includentia; stamina disco planiusculo margine inserta.

17. Rhus (Metopium) Oxymetopium Gr. foliolis bijugis longe petiolulatis ovatis acutis v. breviter acuminatis apice obtusiusculis glabris supra nitidis (3″—2″ longis, 9‴—18‴ latis), floribus dioecis ternatis: paniculis axillaribus laxis effusis folium subaequantibus, calyce profunde 5lobo: lobis subrotundis, drupa (5‴ longa). — *R. Metopium* Rich. (non L.) *Persea alpigena* Spreng. in herb. Berter. (exclus. synon.). — Cuba or. (Wr. 2287). E.

18. Rhus (Metopium) Metopium L., Gr. Fl. 175, ubi loco flor. hermaphr. legatur: floribus polygamis (Wr. 2289).

51. Eugenia (Eugeniastrum) jambosoides Wr. ramulis tomento rufescente strigosis, foliis elliptico-oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis basi minute rotundata v. subcordata a petiolo crassiusculo strigoso distinctis utrinque laxe reticulato-venosis chartaceis puberulis v. demum supra glabratis subtus ad medianum strigoso-tomentosis pellucido-punctatis (6″—5″ longis, 28‴—20‴ latis), floribus lateralibus praecocibus glomerato-sessilibus: bracteolis 2 ovatis calycis tubum subaequantibus calyceque extus tomentoso: lobis 4 ovatis obtusiusculis in corpus ovoideum superincumbentibus (5‴—6‴ longis, tubo

multo longioribus corolla brevioribus, petalis ovatis obtusis (8‴ longis), antheris ellipticis: filamentis exsertis numerosis, bacca ovoidea tomentosa (10‴ longa) 2sperma: seminibus subglobosis superimpositis. — „Frutex 10pedalis, corolla alba caduca" (Wr.); rami cortice dense verruculoso, ramuli tegmentis majusculis subpersistentibus suffulti; *ovarium* (*ut in praecedente*) loculis centralibus subangustis parenchymate crasso a calycis basi et pariete sejunctis, inde Jambosam aemulans tubo supra ovarium producto parum distinctam. — Cuba occ., in sylvis umbrosis humidis, pr. El Rosario, Echavarria (Wr. 2423). E.

52. Eugenia (Myrciaria) floribunda West. (Wr. 1209, 1610, 1611).

53. Calycorectes cubensis Gr. ramulis pubescentibus, foliis parvis ellipticis utrinque acutis chartaceis opacis glabris v. ad medianum puberulis (1″—$1^1/_2$″ longis, 6‴ latis): venis primariis approximatis subrectilineis arcu margini crassiusculo valde adproximato connexis: petiolo brevi pubescente, floribus axillaribus glomerato-sessilibus v. subsolitariis apetalis: bracteolis 2 ovatis acutis, calyce globoso demum 4valvi: valvis ovatis acutis ($^3/_4$‴ longis) membranaceis, bacca globosa nuda „rubra" (5‴—6‴ diam.). — A charactere generis Bergiani non differt nisi corolla deficiente, cujus vestigia nulla in gemmis pluribus adhuc clausis vidi; habitus omnino et venatio foliorum Eugeniae floribundae, sed folia opaca acumine angusto destituta, cotyledones textura Eugeniae conformes, tamen distinctae; „*frutex gracilis 10—15pedalis, floribus apetalis*" (Wr.). — Cuba occidentalis, in districtu S. Christobal (Wr. 2435). E.

54. Aulacocarpus Wrightii Gr. glaber, ramulis tetragonis demum subcylindricis, foliis rigide coriaceis ellipticis v. obovatis obtusiusculis v. rotundato-obtusis basi cuneatis aveniis epunctatis (2″—$1^1/_2$″ longis, 12‴—8‴ latis), pedunculis folio brevioribus, bacca depresso-globosa, 4—2 (-1) pyrena. Proximus *A. quadrangulari* Gr. Fl. p. 239, sed folii forma differt; flos ignotus. — Cuba or. (Wr. 2465 ex parte). E.

55. Myrtus Sagraea Bg. l. c. 30 p. 710 (Wr. 2439: variat floribus subsessilibus et longiuscule pedicellatis; testa cartilaginea: embryo curvatus). E.

56. Anamomis Guayabillo Gr. (*Eugenia* Rich.; *E. granulata* Bg. l. c. 27 p. 260). Convenit cum *A. fragrante* et *punctata* foliis subtus nigro-punctatis, eorum forma cum

priori, bracteolis calycis tubum subaequantibus cum posteriori, ab utraque differt foliis subaveniis (Wr. 2453, 2454). E.

57. Anamomis ferruginea Gr. ramulis pube ferruginea strigoso-tomentosis, foliis chartaceis obovatis rotundato-obtusis basi cuneata breviter petiolatis pellucido-punctatis supra glabris subtus epunctatis pubescentibus et ad medianum ferrugineo-tomentosis ($1\frac{1}{2}''$ — $1''$ longis, $10'''$ — $8'''$ latis): venis primariis tenuibus distantibus rectilineis arcu juxtamarginali connexis, pedunculis folium subaequantibus apice 2—3floris rufo-pubescentibus: pedicellis lateralibus brevibus: bracteolis linearibus calycis tubum subaequantibus, calyce utrinque rufo-pubescente: lobis 4 ovatis obtusis, bacca globosa puberula. — Affinis praecedenti; „frutex 6—10pedalis, bacca nigra aromatica". — Cuba occ., in sylvis depressis pr. Manglan (Wr. 2452). E.

58. Pimenta vulgaris W. A. (Wr. 479).

59. Psidium Guava Radd. [*P. pomiferum* L. et *P. pyriforme* L.] (Rug. 264); var. *pumilum* V. (Wr. 2466).

60. Psidium calycolpoides Gr. pl. Wr. p. 183 (Wr. 1195, 1196). E.

61. Psidium Guyabita Rich. (Wr.: forma primaria foliis chartaceis obovato-oblongis acutis $2''$—$1''$ longis, $1''$—$8'''$ latis); var. *oblongata* (Wr. 2436: foliis rigidis oblongis acutis, plerisque $2\frac{1}{2}''$ longis, $1''$ latis; var. *angustifolia* (Wr. 2436 a.: foliis chartaceis oblongo-lanceolatis breviter acuminatis $1\frac{1}{2}''$ longis, $6'''$ latis). E.

62. Psidium cordatum Sims. var.? *parvifolium* (Wr. 2455: folia rigide coriacea, supra nitida sparsim pellucido-punctata, $16'''$—$12'''$ longa, $12'''$—$8'''$ lata; pedunculi summi aggregati; ovarium 2loculare).

Psidium sect. *Clidopsidium* Gr. Calyx ante anthesin perfecte clausus, demum in valvas subaequales ad limbi basin rumpens. Antherae subglobosae.

Habitu petalisque saepe nullis ad Calyptranthem accedit, evolutione calycis ad Marlieriam, sed fructu a Psidio non differt: convenit enim in specie primaria bacca dura 3—4loculari, testa lignosa, embryone cylindrico annulari, ovarii loculis multi-ovulatis.

63. Psidium (Clidopsidium) parvifolium Gr. glabrum, ramulis tetragonis, foliis parvis obovatis v. spathulatis rotundato-obtusis basi cuneata brevissime petiolatis coriaceis aveniis margine crassiusculo revolutis pellucido-punctatis ($9'''$—$14'''$ longis, $5'''$—$7'''$ latis), pedicellis axillaribus unifloris sub-

solitariis folium subaequantibus, calyce pyriformi acutiusculo (3‴ longo): tubo apice constricto limbo demum 4valvi subaequilongo: bracteolis deciduis, petalis nullis, bacca ovoidea v. ovoideo-subglobosa (6‴ longa) calycis limbo coronata. — „Frutex 10—15pedalis". — Cuba or. (Wr. 2463), occ. pr. Mayari-abayo (Wr. 2438). E.

64. Psidium (Clidopsidium) rotundatum Gr. ramulis subcylindricis glabratis, foliis obovato-subrotundis utrinque rotundatis brevissime petiolatis chartaceis glabris margine revolutis pellucido-punctatis subtusque glanduloso-punctatis ($1^1/_2$″ — 1″ longis, 14‴—12‴ latis): venis tenuibus distantibus, pedicellis axillaribus solitariis unifloris folio duplo v. magis brevioribus, calycis tubo clavato bracteolis linearibus deciduis longiori: limbo clauso subgloboso mucronato (2‴—$1^1/_2$‴ diam.) in valvas subternas ovatas rumpente, bacca ... — „Frutex 6—8pedalis"; petala nulla. — Cuba occ., in sylvis depressis pr. Toscano, Manglares (Wr. 2457). E.

var. *triflorum*, ramulis pubescentibus, foliis vulgo 2″ diam., pedunculis 3—2floris: flore centrali sessili, flore corollato. — Cuba occ., in distr. Bahia Honda (Wr. 2456).

65. Mouriria lanceolata Gr. pl. Wr. p. 183 (Wr. 1235). E.

66. Mouriria spathulata Gr. pl. Wr. p. 183 (Lind. 2147; Wr. 1234). E.

67. Mouriria acuta Gr. ramulis tetragonis, foliis ovatis acutis subaveniis subsessilibus v. brevissime petiolatis (18‴—14‴ longis, 10‴—7‴ latis), pedicellis subsolitariis folio quadruplo brevioribus bis bibracteolatis: bracteolis subulatis, binis ad medium, binis infra medium pedicellum insertis, calycis tubo campanulato: dentibus 5 subulato-linearibus, staminibus petala subulata subaequantibus: antherae loculis calcari recurvo-conico subaequilongis: poris minute rotundis, bacca globosa oligosperma. — *M. myrtilloides* Rich., non Poir., sed affinis *M. myrtilloidi*. — Cuba occ. (W. 2469), pr. Havannam (G. Don.). E.

68. Mouriria Valenzuelana Rich. (Wr. 2468: ramuli teretiusculi; folia basi cordata elliptica mucronata subtus nervata: mediano plano-tetragono, venis tenuibus; pedicelli breves: bracteolae parvae, basi connatae; calyx basi 5gibbus). E.

69. Mouriria emarginata Gr. ramulis tetragonis demum subcylindricis, foliis obovatis apice retuso-rotundatis basi cuneata brevissime petiolatis aveniis (1″—2″ longis, 6‴—12‴ latis): mediano subtus plano, pedunculis dense fasciculatis

1—3floris folium dimidium subaequantibus: pedicellis angulatis supra medium bibracteolatis: bracteolis ovatis obtusiusculis deciduis, calycis tubo clavato-campanulato demum ultra dentes triangulares fere ad medium tubum in lobos 5 rumpente, staminibus petala spathulata breviter excedentibus: antherae loculis calcari subaequilongis: poris ovalibus. — Cuba or. (Wr. 2467). E.

LXVI. MELASTOMACEAE.

1. Calycogonium rhamnoideum Naud. (Wr. 2474; 2475: forma axillis nervorum saepius abortu subeglandulosis).

2. Calycogonium Lindenianum Naud. (Lind. 2080). E.

3. Calycogonium angulatum Gr. ramulis tetragonis sublepidotis, foliis ellipticis obtusis v. apice attenuato obtusiusculis in petiolum longiusculum (5‴—7‴ longum) cuneato-attenuatis glabriusculis triplinerviis (5″—2″ longis): axillis nervorum glanduliferis: venis transversis subtus prominulis, floribus subsessilibus glomeratis v. subsolitariis bibracteolatis, calyce (4‴ longo) hemisphaerico-tereti: lobis triquetro-linearibus tubum subaequantibus. — Cuba occ. (Wr. 2471). E.

4. Calycogonium Wrightianum Gr. pl. Wr. p. 184 (Lind. 2134; Wr. 192, 193). E.

5. Calycogonium lanceolatum Gr. glabrum, foliis lanceolato-acuminatis subtus ferrugineo-sublepidotis triplinerviis (2″—3″ longis, 6‴—8‴ latis): axillis nervorum squamuloso-barbatis: venis inconspicuis, pedicellis flori aequilongis, calycis tubo subgloboso-tereti lobis triquetro-filiformibus recurvis longiori. — Affine *C. glabrato* DC., cui folia latiora concolora. — Cuba occ. (Wr.) E.

6. Calycogonium rosmarinifolium Gr. ramulis nervoque foliorum subtus ferrugineo-puberulis, foliis anguste lanceolato-linearibus obtusiusculis breviter petiolatis margine revolutis uninerviis glabris subtus pallido-sublepidotis (1″ longis, 1½‴ latis): venis inconspicuis, floribus subsessilibus solitariis, calycis tubo ovoideo lobis e basi deltoidea breviter filiformibus multo longiori. — „Frutex gracilis, 7—12pedalis, corolla pallide rubra" (Wr.). — Cuba occ., pr. Mayari versus Pinal (Wr. 2480). E.

7. Calycogonium heterophyllum Naud. (Lind. 1835; Wr. 1220: forma foliis trinerviis; 2470: formae duae, altera latifolia foliis subquinquenerviis, altera angustifolia foliis subtriplinerviis). E.

8. Calycogonium stellatum DC. (Wr. 190).

9. Calycogonium involucratum Gr. pl. Wr. p. 184 (Wr. 194, 1225). E.

10. Calycogonium cubense Rich. t. 44; var.? *sessiliflorum* Gr. pl. Wr. 183 (Wr. 1226: flores semper subsessiles, saepe ternati, folia subtus rufo-tomentosa). E.

11. Calycogonium echinatum Gr. pl. Wr. p. 184 (Wr. 1221: forma foliis uninerviis; 2472: forma foliis subtrinerviis; 2473: forma foliis triplinerviis: conferatur cum Lind. „1971" (*Sagraea pauciflora* Naud., cujus diagnosis parum differt). E.

12. Calycogonium hypoglaucum Wr. ramulis nervisque foliorum subtus squamuloso-pulverulentis, foliis oblongo-lanceolatis obtuse acuminatis v. obtusis breviter petiolatis triplinerviis supra glabris subtus glaucis et inter nervos sparsim pulverulentis (20‴—12‴ longis, 8‴—6‴ latis): axillis nervorum nudis: venis demum inconspicuis, floribus subsessilibus solitariis, calycis tubo subgloboso setis echinato lobis lanceolatis obtusiusculis recurvis subduplo longiori. — Affine praecedenti, sed flores subsessiles et calycis lobi majores et latiores. — Cuba or. (Wr. 2476). E.

13. Calycogonium clidemioides Gr. ramulis foliisque subtus rufo-tomentosis demum glabrescentibus, foliis rigidis lanceolatis obtusiuscule acuminatis longiuscule petiolatis subtriplinerviis supra glabris (1½″ longis): nervis lateralibus basi subapproximatis axilla nudis, floribus subsessilibus solitariis ebracteolatis, calycis tubo hemisphaerico-tereti rufo-tomentoso et sparsim glandulifero lobis lanceolatis acutiusculis duplo longiori. — „Frutex 6—9pedalis, corolla rubra" (Wr.); glandulae calycis setiformes rarae nunc ad petiolos ramulosve transeunt. — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2477). E.

14. Calycogonium plicatum Gr. diffusum, ramulis foliisque subtus rufo-tomentosis, foliis rigidis ovali-oblongis obtusis basi obtusiuscula breviter petiolatis supra nitide glabratis supra par nervorum suprabasilare triplinerviis (plerisque 1½″ longis): nervis axilla nudis venisque transversis supra plicato-impressis subtus crasse prominentibus, floribus subsessilibus solitariis ebracteolatis, calyce rufo-tomentoso: tubo turbinato-tereti lobis crassis conico-cylindricis obtusiusculis petala aequantibus duplo breviori. — „Frutex 6—8pedalis, corolla alba; folia juniora convoluta, supra stellato-pubescentia" (Wr.), evoluta glaberrima, vernicoso-nitida. — Cuba or., in vertice m. Yunque pr. Baracoa (Wr. 2481). E.

Obs. Speciebus pluribus novis cubensibus inter Calycogonium et Clidemiam mediantibus sectio Clidemiae Limae (Fl.

p. 249) aptius ad Calycogonium transponenda videtur, quod antheris oblongis v. elliptico-oblongis loculisque infra apicem distinctis a Clidemia (cui antherae loculi connexi) potius quam calyce dignoscitur. Semina quoque pyramidalia Calycogonii in *C. verrucoso*, *C. Limae* ceterum affini, recognovi.

15. Calycogonium verrucosum Gr. diffusum, ramulis nervisque foliorum subtus dense tuberculato-setulosis, foliis rigidis ovatis rotundato-acutiusculis basi rotundatis triplinerviis (1″—1½″ longis, 6‴—10‴ latis) breviter petiolatis supra muriculato-tuberculatis inter tubercula demum innocua planiusculis, subtus inter venas prominentes planiusculo-exsculptis in areola scabriusculis: axillis nervorum nudis, floribus terminalibus subsessilibus solitariis 2bracteolatis v. ternato-glomeratis, calycis tubo subgloboso setis echinato lobis 4 subulatis multo longiori, stylo fusiformi. — Affine *C. Limae*, differt nervis foliorum lateralibus basi rotundatae (nec cuneatae) magis adproximatis, setis et inflorescentia; petala ovata, acuta; antherae oblongae. — Cuba or. (Wr. 2487). E.

16. Calycogonium Lima Gr. (*Clidemia* DC.; Gr. Fl. p. 249; Wr. 189, 1253).

17. Calycogonium muricatum Gr. diffusum, ramulis pedunculis petiolisque dense rufo-setosis, foliis ovato-oblongis acutiusculis basi rotundatis triplinerviis (2″—1″ longis, 14‴—7‴ latis) supra dense tuberculato-muricatis: tuberculis arcte contiguis quadrato-pyramidalibus apice spinescentibus, subtus secus venas pluriferiam flexuoso-setosis: areolis profunde exsculptis asperiusculis, pedunculis terminalibus v. subterminalibus petiolo longiusculo longioribus paucifloris: pedicellis patentibus, calycis tubo subgloboso setis rufescentibus echinato lobis 4 subulatis apice obtusiusculis multo longiori. — „Frutex 10pedalis, floribus albis v. carneis". — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2485). E.

18. Henriettea parviflora Gr. foliis ovatis acutis basi rotundatis triplinerviis (6″ longis, 3″ latis): pube rhaphidiformi adnata v. subtus sparsim strigillosa, calycis tubo turbinato-campanulato strigoso (2‴ longo): limbo brevi repando, petalis extus pubescentibus spathulato-acutiusculis (2‴ longis), antherarum loculis inferne connectivo angustioribus, stylo glabro. — Habitus *H. succosae* DC. — Cuba occ. (Wr. 2478). E.

19. Ossaea fascicularis Gr. Fl. p. 246 (Wr. 2479: arbuscula gracilis 30pedalis, in Cubae occ. distr. S. Christobal).

20. Ossaea punctata Gr. pl. Wr. p. 184 (Wr. 1223). E

21. CLIDEMIA (Stephanotrichum) HIRTA Don. (Wr. 176; *C. crenata* DC.; *Staphidium Wilsoni* Naud. ex Lind. 2092).

22. CLIDEMIA (Staphidium) SPICATA DC. var. *strigillosa* DC. (Wr. 2492); var. *surinamensis* Miq.: cf. Gr. Fl. p. 247 (Wr. 2490, 2491, 2493).

23. CLIDEMIA (Staphidium) WRIGHTII Gr. pl. Wr. p. 185 (Wr. 1219); var. (Wr. 2489: forma foliis angustioribus, nervis lateralibus a basi 2‴ solum distantibus, calycis lobis angustioribus; petala rotundata; „frutex 2—4pedalis, floribus pallide purpureis, bacca cyaneo-purpurea"). E.

24. CLIDEMIA (Staphidium) HIRSUTA Gr. Fl. p. 248 (Wr. 1228).

25. CLIDEMIA (Staphidium) LEUCANDRA Wr. ramulis teretiusculis petiolisque dense pilosis (nunc tomentosis), foliis ovato-oblongis breviter acuminatis pilosiusculis 5—3nerviis (4″—3″ longis, 1½″—1″ latis): basi subcordata a nervis lateralibus interioribus parum distante, cymis axillaribus corymbiformibus laxis folio superatis: pedicellis patentibus, calyce setoso: lobis lineari-acuminatis tubo duplo v. magis brevioribus demum recurvatis, petalis 4 acutiusculis, ovario 4loculari: stylo lineari: stigmate minuto. — Affinis praecedenti. — Conferatur *Sagraea domingensis* DC., diagnosi inter α et β media. — Cuba occ. (Wr. 2498);

var. *divaricata* Wr. pube ramorum adpressa furfuraceo-tomentosa, foliis inter nervos glabriusculis, calycis dentibus brevioribus nunc suberectis. — Cuba occ. (Wr. 2496, 2497). E.

26. CLIDEMIA (Staphidium) TRICHOTOMA Wr. ramulis teretiusculis petiolisque puberulis demum glabriusculis (3″—2″ longis, 1½″—1″ latis: basi rotundata a nervis lateralibus interioribus parum distante, cymis axillaribus trichotomis folium subaequantibus: pedicellis elongatis patentibus, calyce glabriusculo: lobis abbreviatis lanceolatis tubo multo brevioribus suberectis, petalis 4 acutiusculis, ovario 4loculari, stylo . . . — Proxime praecedenti, sed calyx non echinato-pilosus. — Cuba occ. (Wr. 2495). E.

27. CLIDEMIA (Staphidium) MICROPHYLLA Gr. Fl. p. 248 (Wr. 2488).

28. CLIDEMIA (Staphidium) HETEROTRICHA Gr. ramulis pube rufescente hispido-pilosis, foliis ovatis obtusis (1″—1½″ longis) intra par nervorum juxtamarginale subtriplinerviis supra sparsim e tuberculo uncinato setosis (areolis venarum majoribus 5—1setosis, interque tubercula glabris, subtus secus venas prominulas longe bifariam pilosis: axillis

nervorum interiorum saepe penicillato-lanatis, pedicellis subsolitariis petiolum subaequantibus calyceque echinato-piloso: ejus lobis filiformibus tubo ovato-subgloboso longioribus, petalis 4 ovato-lanceolatis, stigmate minuto. — Affinis *C. microphyllae*; „frutex 8—10pedalis". — Cuba or., in vertice montis Yunque pr. Baracoa (Wr. 2486). E.

29. Clidemia (Staphidiastrum) rubrinervis Gr. pl. Wr. p. 185. — „Frutex 2—4pedalis; petala orbicularia rosea v. alba": (Wr. 1230, 1231); *Staphidiastrum rubrinerve* Naud.: Lind. „2085"). E.

30. Clidemia (Staphidiastrum) lanata Gr. pl. Wr. p. 184 (*Sagraea* Naud. ex Lind. 2104; Wr. 177).

31. Clidemia (Staphidiastrum) scabrosa Gr. Fl. p. 248 (Wr. 1232; *Sagraea Lindeniana* Naud. ex Lind. 2126 ejus forma videtur).

32. Clidemia (Staphidiastrum) rufescens Gr. ramulis petiolisque tomento leproso pulverulentis, foliis ovatis acutis basi rotundatis v. subcordatis (2″—2½″ longis) 5nerviis et transversim venosis subcoriaceis glabris subtus solum ad nervos rufo-tomentosis: areolis venarum subtus minute rugulosis: petiolo longiusculo (6‴—8‴ longo), glomerulis axillaribus sessilibus, calyce setoso: lobis 4 lanceolato-linearibus tubo ovato-subgloboso subaequilongis, petalis 4 lanceolato-acuminatis. — Affinis *C. scabrosae*, sed folia glabra; „frutex 10—15pedalis". — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2484). E.

33. Clidemia (Staphidiastrum) cinerea Gr. ramulis hispido-pilosis, foliis ovato-oblongis obtusiusculis (2″—3″ longis) intra par nervorum juxtamarginale triplinerviis utrinque dense tuberculatis et e tuberculo incurvo-setiferis (subtus praeterea ad nervos hispido-pilosis) indumento cinereis breviter petiolatis, glomerulis axillaribus et terminalibus sessilibus v. breviter pedunculatis, calyce majusculo echinato strigoso-hispido: lobis 5—4 filiformibus tubo ovoideo subaequilongis, petalis . . . — Differt a *C. scabrosa* pube foliorum etiam subtus e tuberculis oriunda et calyce majori (4‴ longo): „frutex 10pedalis, floribus albis". — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2483). E.

34. Clidemia (Oxymeris) penninervis Gr. pl. Wr. p. 185 (Wr. 175). E.

35. Clidemia (Oxymeris) capillaris Gr. Fl. p. 249 (Wr. 1229, 2494).

36. Clidemia (Oxymeris) hirtella Gr. Fl. p. 249 (Wr. 2482: forma foliis angustioribus).

✠ Clidemia „Valenzuelana Rich." „Pube foliorum

subtus stellata" a Staphidiastris differre dicitur, sed diagnosis ex flore forsan monstroso „8petalo 16andro": an Heterotrichum niveum?, sed „cyma axillaris" (Rich.)

37. Tschudya ibaguensis Gr. Fl. p. 250 (Wr. 2499; *Miconia auriculata* DC. ap. Rich.)

38. Tschudya „lanata Gr. ib. (*Osa ap.* DC.; *Clidemia lanata* DC.)

39. Heterotrichum niveum DC. (Wr. 188).

40. Diplochita Fothergilla DC. (Wr. 2501, 2506).

41. Diplochita serrulata DC. (Wr. 180, 2500; *Miconia elata* DC.)

42. Conostegia „subhirsuta DC." (*Osa ap.* DC.)

43. Conostegia clidemioides Wr. ramulis petiolis et panicula setulosis, foliis ellipticis v. elliptico-oblongis apiculatis trinerviis denticulatis (6″—8″ longis) supra nitido-glabris subtus ferrugineo-pilosulis: pilis mollibus apice stellato-radiatis secus nervos densioribus, panicula composita: ramis secundariis cymula umbelliformi terminatis: pedicellis flori subaequilongis, calyce glabro ovoideo (2‴ longo): operculo mucronato-conico, petalis oblique obovatis calycis tubo aequilongis. — Cuba or. (Wr. 2503). E.

44. Conostegia xalapensis Don. (Wr. 2502, 2504, 2505: variat operculo conico mucronato-conico, foliorum latitudine, margine raro subintegerrimo, tomento niveo et ferrugineo similesque lusus vidi in speciminibus mexicanis et panamensibus; *C. acutidentata* Rich.)

45. Tetrazygia angustiflora Gr. Fl. p. 254 (Wr. 2507); var. *argyrophylla* Gr. l. c. (*Naudinia* Rich. t. 44 bis; Lind.; Wr. 1122 b.: forma foliis angustioribus; *Naudinia* „*chrysophylla* Rich.", pube „lepidolo-luteola" parum distincta).

1222 46. Tetrazygia elaeagnoides DC. (Lind. 2026, 2094: *T. laxiflora* Naud.; Wr. 1122 a., 2526).

47. Tetrazygia „semicrenata Gr. Fl. p. 255". (*Conostegia* Ser.; Rich.)

48. Miconia (Eumiconia) holosericea DC. (W. 2516).

49. Miconia (Eumiconia) impetiolaris Don. (W. 1224).

50. Miconia (Eumiconia) splendens Gr. Fl. p. 256 (Wr. 2508).

51. Miconia (Eumiconia) prasina DC. (Wr. 2509, 2510; 182: specimina fructifera in pl. Wr. p. 185 pro *Tetrazygia semicrenata* sumta).

52. Miconia (Eumiconia) laevigata DC. (Wr. 184, 185; *M. pyramidalis* DC., *havanensis* DC.)

53. Miconia (Eumiconia) eurychaenioides Gr. pl. Wr. p. 185 (Wr. 183, 1614, 2513: „arbor 30pedalis").

54. Miconia (Arrhenotoma) Rangeliana Wr. ramulis obtuse 4gonis petiolisque et panicula furfuraceo-pulverulentis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis trinerviis supra glabris subtus pube stellata appressa in nervis aureis evanescente ferrugineo-albidis (3″—4″ longis, 1½″—1″ latis): venis transversis subtus prominulis, panicula trichotoma folia subaequante: ramis apice subtrifloris: pedicellis calycem subaequantibus, calycis tubo furfuraceo-niveo laevi campanulato, demum subgloboso: limbo patulo 4denticulato, antheris 8 ecaudatis etuberculatis e basi semiovata sensim attenuatis stylo superatis: poro subrotundo, stigmate minuto. — Habitu simillima *Conostegiae xalapensi*, distincta calyce non calyptrato 4denticulato, foliis integerrimis. — Cuba occ. (Wr. 2512).

Miconia sect. Arrhenura.

Antherae oblongo-lineares curvatae apice acutae basi connectivo supra loculos et ultra genu producto in caudam simplicem filiformem brevem abeuntes, loculis connexis, poro simplici introrso. — Panicula simpliciuscula, floribus extimis pedicellatis.

Species in genere anomala, ambigua inter Tetrazygiam et Cremanium, habitu ad prioris sectionem Lacerariam accedens, sed antheris breviter attenuatis et calyce aperto 4dentato, a Cremanio antheris elongatis earumque cauda brevissima distincta, inde provisorie Miconiae adscripta: conferatur *Miconiastrum Lambertianum* Naud., cubense, cui „stamina 10 et flores purpurei aut albi".

55. Miconia (Arrhenura) chrysandra Gr. glabra, ramulis rubentibus, foliis elliptico-lanceolatis breviter acuminatis supra basin acutiusculam subtriplinerviis discoloribus integerrimis (3″—2″ longis, 12‴—9‴ latis): venis primariis transversis nervisque subtus prominulis ferrugineis, panicula breviter trichotoma: ramis apice sub5floris: pedicellis calyce parum brevioribus, calyce (2‴ longo) staminibus subaequilongo: tubo campanulato rufescente 8costato: limbo in dentes 4 deltoideos diviso, petalis (siccis flavis) obovatis filamenta aequantibus, antheris 8 croceis filamento duplo longioribus stylo superatis, stigmate minuto. — Cuba or. (Wr. 2511). E.

Miconia sect. Cryptoneuria.

Antherae lineari-oblongae, exappendiculatae, apice uniporosae, loculis infra apicem distinctis. Calycis tubus ovato-

subglobosus, laevis, longe supra ovarium productus. Semina pyramidata. — Cymae terminales, corymbiformes, trichotomae, flore extimo alari sessili, lateralibus pedicellatis.

Species habitu plane anomala, Pachyantho paullo accedens, secundum antherarum structuram Miconiae provisorie juxta Hartigiam inserta, a qua semine et inflorescentia diversissima.

56. Miconia (Cryptoneuria) androsaemifolia Gr. glaberrima, foliis rigidis e basi subsessili subcordata ovatis obtusatis v. ovato-oblongis obtusis subuninerviis (nervis 2 lateralibus inconspicuis) aveniis utrinque laevibus concoloribus ($1^1/_2''$ - $1''$ longis, $8'''$—$10'''$ latis), cymis terminalibus multifloris: pedicellis lateralibus crassiusculis apice bibracteolatis ($1^1/_2'''$—$2'''$ longis) calyci subaequilongis, calycis limbo brevi minute 4denticulato demum repando, petalis ovato-deltoideis brevissime unguiculatis calyci aequilongis, antheris 8, ovario biloculari, stylo incurvo lineari: stigmate minuto. — Cuba occ. (Wr. 2515). E.

✠ Miconia „delicatula Rich.“ (Rich.)

Obs. *Pachyanthus* Rich. (*Sarcomeris* Naud.) a Miconia, proximo genere, dignoscitur calycis limbo producto late 6(-5)-lobo v. truncato 6(-5)denticulato, forsan quoque bacca sicca; foliis rigidis integerrimis floribusque majusculis species conveniunt: semina obverse pyramidata observo in *P. oleifolio.* Structura antherae convenit cum Hartigia et Cryptoneuria: unguis petalorum, in specie primaria eximius, non in omnibus adest.

57. Pachyanthus cubensis Rich. ramis furfuraceo-lepidotis, foliis ovalibus v. ovali-oblongis obtusis triplinerviis supra glabris subtus tomento adpresso flaventi-lepidotis ($3''$ - $2''$ longis, $1^1/_2''$ latis), floribus ternatim glomeratis, calyce ($6'''$ longo) furfuraceo-lepidoto: tubo clavato limbo duplo longiori, hoc truncato breviter 6lobo, petalis late unguiculatis, ovario 4loculari. — *Sarcomeris coriacea* Naud. — Cuba occ. (Wr. 2522). E.

58. Pachyanthus oleifolius Gr. ramis albido-pulverulentis, foliis oblongo-lanceolatis acutis triplinerviis: nervis lateralibus juxtamarginalibus, supra glabris subtus tomento adpresso pallido- v. subferrugineo-lepidotis ($2^1/_2''$ - $2''$ longis, $10'''$ - $8'''$ latis), floribus ternatim glomeratis, calyce ($6'''$ longo furfuraceo-pulverulento: tubo clavato, demum ovoideo, limbo subtriplo longiori, hoc profunde 6lobo: lobis oblongo-lanceo-

latis obtusis, petalis obovatis exunguiculatis. — Cuba or. (Wr. 2519). E.

59. Pachyanthus Wrightii Gr. glabra, foliis e basi rotundata v. subcordata brevissime petiolata ovato-oblongis ovatisque acutis v. ovali-oblongis oblongisque obtusiusculis et obtusis triplinerviis (4″— 2″ longis), pedicellis unifloris gracilibus ternatis, calyce (3‴ longo): tubo campanulato costato limbo truncato-repando 6denticulato plus duplo longiori, petalis breviter unguiculatis late rotundatis calyce plus duplo majoribus. — Cuba occ. (Wr. 2520). E.

60. Pachyanthus Poiretii Gr. ramis furfuraceo-scabris, foliis e basi subcordata breviter petiolata ovato-oblongis obtusiuscule acuminatis v. obtusis triplinerviis supra glabris subtus sparsim furfuraceo-punctatis glabrescentibus ad nervos furfuraceo-pulverulentis margine revolutis (4″— 2″ longis), glomerulis multifloris, calyce (5‴ longo) furfuraceo-lepidoto: tubo campanulato limbo plus duplo longiori, hoc infra marginem 6 — 5lobo: lobis obtusis, petalis exunguiculatis ovato-subrotundis calyci aequilongis, ovario 4loculari. — Cuba occ. (Wr. 2521). E.

61. Pachyanthus angustifolius Gr. glabra, ramulis punctatis, foliis e basi rotundata breviter petiolata lanceolato-acuminatis apice obtusiusculis triplinerviis subtus subpunctatis margine revolutis (4″—2″ longis, 8‴— 5‴ latis), floribus ternatis: alari pedicellato bibracteolato, calyce (4‴ longo) furfuraceo-pulverulento: tubo campanulato limbo duplo breviori, hoc profunde 6lobo: lobis oblongo-lanceolatis obtusis recurvis, petalis calyce paullo longioribus ovatis in unguem brevem contractis. — Cuba occ. (Wr. 2523). E.

Obs. Speciebus novis comprobatur, rimas antherae et in Pleurochaenia et in Catachaenia originitus distinctas birimosas in unicam latamque fissuram demum confluere, unde utrumque genus nonnisi in eo differunt, quod in illa loculi antherae ad apicem filamenti decurrunt, in hac connectivum infra loculos breviores producitur. Habitu vero ita haec genera conformia sunt, ut forsan olim et cum *Chaenopleura* Rich. unius sectiones habeantur. Itaque *Chaenopleuram* Crueg. (Fl. p. 259), plane removendam, jam nunc *Chaenomiconiam* nomino, quo etiam spectat *Miconia quadrifolia* Naud. (ex Sagot pl. guian. 1026), *Ch. longifoliae* Gr. synonyma nec nisi foliis brevius petiolatis v. subsessilibus a vulgari forma recedens.

62. Pleurochaenia cubensis Wr. foliis oblongo-lanceolatis oblongisque breviter acuminatis basi rotundatis trinerviis

cito glabratis concoloribus margine distanter et minutissime tuberculato-denticulatis eciliatis (7″—3″ longis, $2^1/_2$″—1″ latis), panicula angusta v. subcorymbiformi glabra: pedicellis extimis fasciculatis: bracteolis minutis ovatis, petalis . . ., ovario 5loculari, stylo crassiusculo apice obtuso. — *Chaenopleura stenobotrys* DC. certe affinis differt ex ic. Bonpl. t. 30 et descr. ej.: „foliis angustioribus: denticulis ciliiformibus, bracteis calyce majoribus coloratis, ovario 3—4loculari“; „frutex 10pedalis; antherae fissura unica dehiscentes“ (Wr.). — Cuba occ., in distr. S. Christobal (Wr. 2514). E.

63. Catachaenia rufa Gr. foliis lanceolatis acuminatis trinerviis supra glabris subtus cum petiolis ramulis et panicula rufo-tomentosis margine distanter et minutissime tuberculato-denticulatis eciliatis (8″—5″ longis, 20‴—8‴ latis): nervis lateralibus margini adproximatis, panicula breviter trichotoma corymbiformi: pedicellis crassiusculis calyci (3‴ longo) aequilongis: bracteolis minutis deciduis, petalorum ungue (1‴ longo) latissimo lamina aequilonga latiori, filamentis infra genu incrassatis, ovario 5loculari, stylo sursum incrassato apice obtuso. — Cuba or., in mt. Libano (Wr. 2524). E.

64. Catachaenia parviflora Gr. (*C. alternifolia* Gr. pl. Amer. trop. p. 55 et pl. Wr. p. 186: nomen falsum ex monstrositate datum) foliis oblongo-lanceolatis obtusiuscule acuminatis trinerviis supra glabris subtus rufo-puberulis v. glabriusculis et ad nervos cum petiolis ramulis et panicula pube rufa furfuracea tomentosis margine tuberculato-denticulatis eciliatis (6″—3″ longis, $2^1/_2$″—$1^1/_2$″ latis): nervis lateralibus a margine distantibus, panicula trichotoma corymbiformi multiflora: pedicellis crassiusculis calyce ($1^1/_2$‴ longo) duplo longioribus: bracteolis a calyce paullisper remotiusculis deciduis, petalis subrotundis (1‴ longis) brevissime unguiculatis, filamentis aequilatis, ovario 3loculari, stylo crassiusculo apice truncato (Wr. 179). E.

65. Cremanium virgatum Gr. Fl. p. 261 (Wr. 1218: numerus in pl. Wr. commutatus erat).

66. Cremanium racemosum Gr. glabrum, foliis elliptico-oblongis v. elliptico-lanceolatis obtusiusculis 3nerviis longe petiolatis (3″—2″ longis), cymis axillaribus racemiformibus distanter 6—10floris: pedicellis filiformibus cernuis demum patentibus (3‴ longis) calyce 4denticulato triplo longioribus, antheris . . ., bacca 4loculari. — Affine praecedenti et sequenti, ab illo racemis simplicibus petiolum excedentibus, „floribus albis“ et nervatura, ab hoc pedicellis gracilibus di-

stinguendum; „frutex 2pedalis". — Cuba occ., pr. La Palma, Pinal Rangel (Wr. 2518). E.

67. Cremanium amygdalinum Gr. Fl. p. 261 (Wr. 181; *Ossaea integrifolia* Naud. ex Lind. 2010, 2125).

68. Cremanium rubens DC. (Wr. 2517).

69. Cremanium tetrandrum Gr. Fl. p. 262 (Wr. 186, 1227).

70. Charianthus obliquus Gr. pl. Wr. p. 186 (Wr. 1217). E.

71. Merania rosea Tuss. (Wr. 2525).

72. Graffenrieda brachycentra Gr. pl. Wr. p. 186 (Wr. 191). E.

73. Graffenrieda obtusa Gr. fruticosa, ramulis glanduloso-pilosis, foliis ovalibus v. ovali-subrotundis apice obtusis v. emarginatis, nunc apiculatis, basi obtusis 3—5nerviis glanduloso-ciliatis supra glabris aut sparsim pilosis, cymis corymbiformibus laxis: pedicellis elongatis, calyce glanduloso-piloso (2‴ longo): limbo repando indiviso, petalis 4 obovatis (3‴ longis), antherarum calcaribus rudimentariis. — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2527). E.

Chaetogastra DC. sect. Adesmogastra.

Antherae oblongo-lanceolatae, superne paullo curvatae, cauda tuberculisque nullis. — Caulis suffruticosus, foliis parvis, calyce 4lobo strigilloso, petalis purpureis.

74. Chaetogastra (Adesmogastra) cubensis Gr. (*Arthrostemma* Rich. ex descr.). Setae caulis adpressae crassiusculae apice subpungenti-attenuatae, foliorum numerosae adpressae inferne adnatae et incrassatae; calycis lobi oblongo-lanceolati acuminati ciliati (Wr. 2528); var. *brevistrigillosa* (Wr. 2529: forma setis caulinis et foliaribus brevioribus). E.

75. Chaetogastra (Adesmogastra) origanoides Gr. caule breviter strigilloso tereti, foliis ellipticis v. elliptico-lanceolatis acutiusculis in petiolum attenuatis 3nerviis supra strigosis (8‴—4‴ longis): setis brevibus versus medianum incurvis, cymis axillaribus plurifloris folium parum excedentibus, calycis lobis ovato-acutis. — Proxima praecedenti; caulis ultrapedalis, virgato-ramosus, nodis distantibus. — Cuba occ. (Wr. 2530). E.

76. Chaetogastra (Hephaestionia) saturejoides Gr. fruticosa, ramis gracilibus foliosis foliisque utrinque strigosis, his elliptico-lanceolatis acutis in petiolum brevissimum attenuatis uninerviis (3‴—4‴ longis): setis numerosis mediano subparallelis inferne adnatis, floribus breviter pedicellatis sub-

solitariis ($8'''$ longis), calyce sparsim strigilloso: lobis 4 ovato-subrotundis obtusiusculis, antheris obtusiusculis: cauda brevissima. — Antheris accedit ad praecedentes, sed caulis fruticosus, habitus *C. chironioidi* similis. — Cuba occ. (Wr. 2531). E.

77. Arthrostemma lanceolatum Gr. Fl. p. 267 (Wr. 187; *Chaetogastra havanensis* DC.)

78. Heteronoma „cubense Naud.“ (Naud.)

79. Rhexia cubensis Gr. Eurhexia, caule gracili ($1^1/_2'$ — $2'$ alto) sparsim piloso inferne simplici, foliis linearibus basi attenuata subsessilibus subuninerviis sparsim piligeris v. glabriusculis minute serrulatis ($1''$ longis, $1'''$ latis): serraturis seta vulgo breviuscula terminatis, calyce sparsim glanduloso-piloso petalis purpureis ($6'''$ longis) paullo breviori. — Structura florum convenit cum *Rhexia mariana*, sed connectivi processus setiformis brevissimus; conferatur cum *R. lanceolatae* Walt. formis, quae sec. descr. calyce glabro differunt. — Cuba occ., in humidis prope lagunas S Julian (Wr.). E.

80. Nepsera „aquatica Naud.“

81. Acisanthera quadrata Juss. var. (Wr. 2532: forma glanduloso-pilosa).

82. Acisanthera pellucida Wr. caule ($6''$ alto) superne glanduloso-pilosiusculo, foliis ovatis obtusiusculis basi lata sessilibus superne serrulatis v. subintegerrimis ($4'''$ — $3'''$ latis), cymis paucifloris terminalibus: pedicellis erectis bractea brevioribus, calycis lobis 5 oblongo-lanceolatis obtusiusculis setula terminatis, petalis „albis“, antheris majoribus breviter oblongis apice truncatis caudae et caudis calcari clavato subaequilongis. — Affinis *A. brevifoliae*, ubi calycis lobi angustiores, lanceolato-acuminati. — Cuba occ., in humidis pr. P. Principe (Wr. 2533). E.

LXVII. LYTHRARIEAE.

1. Cuphea Parsonsia R. Br. (Rug. 791; Wr. 161 b.; 2540; *C. Swartziana* Rich. ex „pedunculis brevissimis“).

2. Cuphea Swartziana Spr. Perennis, diffusa, differt a praecedente foliis subcordato-rotundis acutis subsessilibus utrinque hirtis, superioribus decrescentibus, pedicellis exsertis, pube superne glandulosa. — Cuba occ. (Wr. 2535).

3. Cuphea Pseudomelanium Gr. caespitosa, setis incurvis scabro-pubescens, foliis basi rotundata ovatis acutis breviter petiolatis supra glabris subtus pube incurva sparsim pilosiusculo-scabris ($4'''$, superioribus $3'''$ — $2'''$ longis), floribus

alternis pedicellatis: pedicellis axillae oblique insertis bracteam excedentibus, calyce basi gibbo: dentibus minutis, petalis 6, staminibus 8—10 inclusis. — Confusa in pl. Wr. cum *C. Parsonsia* (Wr. 1236, 161 a). E.

1860-4 4. CUPHEA HYSSOPIFOLIA Kth. (Wr. 2536: forma glabrescens).

5. CUPHEA „DECANDRA Ait." (Wr. „334" sec. As. Gr.)

6. CUPHEA GRATIOLOIDES Gr. caule basi radicante adscendente simpliciusculo glabriusculo superne parum puberulo, foliis ovato-oblongis obtusiusculis breviter petiolatis glabris (inferioribus 8‴ longis), pedicellis interfoliaribus calyce sublongioribus folio triplo brevioribus, plerisque oppositis, calyce basi gibbo (2‴ longo: dentibus minutis, petalis minutis (vix 1‴ longis), staminibus sub8: filamentis glabris brevibus, stylo deorsum incrassato: stigmate capitato, capsula polysperma. — Affinis *C. hyssopifoliae.* — Cuba occ. (Wr. 2537). E.

7. CUPHEA RAPUNCULOIDES Gr. annua, caule virgato simplici glanduloso-piloso, foliis oblongo-lanceolatis acutis basi rotundata subsessilibus sparsim pilosis (inferioribus 1″ longis), floribus in racemo elongato interrupto subsecundo alternis breviter pedicellatis: pedicellis oblique axillae insertis calyce multo brevioribus, calyce (3‴ longo) glanduloso-pilosiusculo brevissime et obtuse calcarato: dentibus minutis, petalis inaequilatis (2‴ longis), staminibus sub10 glabris, stigmate minuto, capsula oligosperma. — Affinis *C. viscosissimae.* Cuba occ. (Wr. 2538). E.

8. CUPHEA PSEUDOSILENE Gr. perennis, e caespite surculorum folioso adscendens, caule inferne strigoso-puberulo superne glanduloso-piloso, foliis parvis elliptico-lanceolatis lanceolatisque acutis sessilibus glabriusculis (2‴ longis), surculorum confertis, caulinis plerisque distantibus, racemo brevi interrupto viscoso: floribus alternis secundis breviter pedicellatis: pedicellis juxta bracteam aequilongam insertis, calyce basi gibbo (4‴ longo): dentibus minutis, petalis subaequalibus (3‴ longis). — Cuba occ. (Wr. 2534). E.

9. CUPHEA LOBELIOIDES Gr. glabriuscula, suffruticosa, robusta, foliosa, foliis lanceolatis obtusiusculis in petiolum brevem v. basin subsessilem attenuatis oppositis (inferioribus 2″—1½″ longis), racemo alternifloro secundo glanduloso-pilosiusculo vulgo brevi: pedicellis extraaxillaribus bractea brevioribus, calyce incurvo basi breviter saccato (6‴ longo): dentibus subrotundo-deltoideis, petalis inaequalibus (4‴ longis), filamentis pilosis. — Cuba occ. (Wr. 2539). E.

10. Lythrum virgultosum Gr. (*L. Hyssopifolia* var. *virgultosum* DC., Rich.; *L. lineare* Berter.). Habitus *L. virgati* potius, quam *L. Hyssopifoliae*; caulis tetragonus; folia linearia, acuta; (Wr.)

11. Ammannia lingulata Gr. (*A. latifolia* L. fil. in Mantiss. II ex stylo brevi, non L. sp.). Differt ab *A. latifolia* L. foliis e basi cordata oblongo-linearibus apice obtusiusculis et inprimis stylo abbreviato capsula multoties breviori; (Wr.)

12. Ammannia latifolia L. (Rug. 241; Wr. „161 bis" sec. As. Gr.; *A. sanguinolenta* Sw.); var. *sagittata* Rich. (Wr.: forma floribus longiuscule pedicellatis, conferatur cum *A. Wrightii* As. Gr.)

13. Ammannia humilis Mich. (Wr. 2541).

14. Hypobrichia Spruceana Benth. (in pl. Spruce, var. *tenuifolia* Gr. (Wr. 2543: forma foliis angustioribus lanceolato-linearibus a brasiliensi recedens, conformis habitu, foliis plerisque ternatim verticillatis 2‴-4‴ longis; „calyx ruber", $^1/_3$‴ diam.; „stamina 2").

15. Ginoria americana Jacq. Folia lanceolata obtusiuscula brevissime petiolata v. subsessilia; calycis lobi erecto-patentes, latitudine duplo longiores (2‴ longi); petala spathulata (4‴ longa); stamina 12 (Lane pl. havan.; Rug. 727; Wr.). E.

16. Ginoria glabra Gr. inermis, foliis ovato-oblongis v. ovato-lanceolatis obtuse acuminatis longiuscule (2‴—3‴) petiolatis glabris (2″—1″ longis); calycis lobis deltoideis demum reflexis ($1^1/_2$‴ longis, 1‴ latis, petalis obovatis (6‴—8‴ longis); staminibus fere 20. — Cuba or. (Wr. 2544). E.

17. Ginoria spinosa Gr. foliis basi longiuscule bispinosis ovato-rotundatis v. oblongo-linearibus obtusis brevissime petiolatis v. subsessilibus pulverulento-puberulis (6‴—8‴ longis), calycis lobis deltoideis erectis ($1^1/_2$‴ longis et latis), petalis . . ., staminibus fere 6. — Cuba or. (Wr. 2545). E.

18. Diplusodon ginorioides Gr. glaber, ramulis compressiusculis, foliis membranaceis ovali-oblongis rotundato-obtusis basi acutiuscula breviter petiolatis arcunerviis ($2^1/_2$″—2″ longis), pedicellis subpraecocibus folio subaequilongis fasciculatis lateralibus sub apice minute bibracteolatis, calycis lobis ovatis acutis apophyses patentissimas breves obtusiusculas multo superantibus, petalis (siccis violaceo-rubris) late obovatis in unguem brevissimum contractis (8‴—10‴ longis), staminibus sub16. — Ovarium 2loculare; semina alata. — Cuba occ. (Wr. 2546). E.

LXVIII. ONAGRARIEAE.

1. Isnardia palustris L. (Wr. 157).

2. Isnardia repens DC. (Wr. 2552); var. *rotundata* Gr. (Wr. 2553: forma foliis latioribus cuneato-rotundatis, „petalis luteis" minutis: eadem est sec. specim. texana *Ludwigia natans* Ell.)

3. Isnardia microcarpa Poir. (Wr. 2554).

4. Isnardia stricta Wr. glabra, caule e basi adscendente stricto simplici, foliis alternis lanceolatis acutis basi attenuata subsessilibus subaveniis (10‴—6‴ longis), floribus solitariis subsessilibus, calycis lobis ovatis acutis tubo brevioribus, petalis luteis limbum calycis excedentibus (2‴ longis), capsula (juniori) oblonga. — Cuba occ. (Wr. 2555). E.

5. Jussiaea repens L. (Rug. 376; Wr. „158" sec. As. Gr.); var. *peploides* Kth. (Wr. 2562); var. „*ramulosa* DC." (Rich.); var. *inflata* Wr. (Wr. 2561 b.: forma natans, glabra, foliis spathulatis, calycis lobis 4 majusculis obtusiusculis petala subaequantibus, habitu var. *peploidis*, a *J. inclinata* L. surinamensi foliis angustioribus parum distincta, et cum ea vix non ad formas *J. repentis* reducenda); var. *grandiflora* Mich. ex descr., sed glabra (Wr. 2561 a.).

6. Jussiaea micrantha Kz. ex descr. Ambigua inter Isnardiam et Jussiaeam, sed ob stamina 8, alterna breviora, potius Jussiaea; caulis superne subalatus, folia ovato-lanceolata v. ovata obtusiuscula in petiolum attenuata, flores subsessiles, calycis lobi 4 lanceolato-acuti corollam subexcedentes (Wr. 2551; eandem in Panama leg. Duchassaing).

7. Jussiaea acuminata Sw. (Wr. 2559 a.); var. *longifolia* Gr. (Wr. 2559 b.: forma capsula latiori pedicellata); var. *latifolia* Gr. (Wr. 2560: forma foliis magnis elliptico-lanceolatis; utraque varietas forte hybridae originis).

8. Jussiaea variabilis Mey. (Wr. 2565: forma pedicello capsulae longiori 2‴—3‴ longo).

9. Jussiaea palustris Mey. (Wr. 2556).

10. Jussiaea angustifolia Lam. (Rug. 743).

11. Jussiaea suffruticosa L. (Rich.; *J. octofila* DC.); var. *ligustrifolia* Kth. (Rug. 112; Wr. 159; *J. octonervia* Lam.)

12. Jussiaea foliosa Wr. suffruticosa, glabriuscula, foliis linearibus obtusiusculis basi attenuata subsessilibus (1 1/2′—2′ longis, 1‴ latis), floribus breviter pedicellatis, calycis lobis 5 ovato-lanceolatis acutis (3‴ longis corollam exceden-

tibus, capsula cylindrica (8‴—10‴ longa) basi in pedicellum (4‴—2‴ longum) attenuata. — Cuba occ. (Wr. 2558). E.

13. Jussiaea peduncularis Wr. glabra, caule virgato (2′ alto), foliis lanceolato-linearibus acuminatis in petiolum brevem attenuatis (3½″—2″ longis, 4‴—2‴ latis), floribus pedicellatis: pedicellis demum cernuis, calycis lobis 5 oblongo-lanceolatis acutis (4‴—6‴ longis) corolla duplo superatis, capsula cylindrico-oblonga utrinque obtusiuscula (8‴—10‴ longa) pedicello duplo v. triplo superata. — Cuba occ. (Wr. 2557). E.

14. Jussiaea oocarpa Wr. glabra, suffruticosa, ramosa, foliis linearibus utrinque attenuatis subsessilibus (5‴—2″ longis, 2½‴—1‴ latis), floribus pedicellatis, calycis lobis ovato-lanceolatis acutiusculis (1½‴ longis) corollam excedentibus, capsula breviter ovoideo-oblonga utrinque obtusiuscula seminum testa lignosa torulosa (4‴ longa) pedicello filiformi subaequilonga v. vulgo longiori. — „Corolla rubescens“ (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 2564). E.

15. Jussiaea „Sagraeana“ (Rich.). E.

16. Jussiaea hirta V. (Wr. 2563).

17. Oenothera rosea Ait.* (Wr. 2566).

LXIX. HALORAGEAE.

1. Proserpinaca palustris L. (Wr. 2550: forma foliis latioribus).

2. Myriophyllum scabratum Mich. (Wr. 2549).

3. Callitriche occidentalis Hegelm. ex descr. (Wr. 2547). E.

4. Callitriche deflexa A. Br. ex descr. (Rug. 234 b.; Wr. 2548).

LXX. RHIZOPHOREAE.

1. Rhizophora „Mangle L.“ (Rich.; Wr. „2568“). 2567

2. Cassipourea elliptica Poir. var. *ovata* Gr. (Wr. 2568: forma foliis basi rotundatis apice acutis integerrimis, staminibus 16—12 e calyce 4fido pubescente breviter exsertis).

LXXI. COMBRETACEAE.

1. Quisqualis ebracteata P. B. ex Fl. owar. t. 34 (Wr.: e Cuba orientali; altera species, *Q. indica*, quoque exstat e Jamaica missa, itaque utraque verosimiliter introductae).

2. Combretum eriopetalum G. Don (DC.: Poivrea ej.)

3. Combretum viscidum Wr. ramulis cylindricis glabris superne lepidoto-punctatis, foliis oppositis ovatis acutis (3″—4″ longis, 2″ latis) glabris subtus dense punctatis, spicis cylindricis simplicibus v. trifidis axillaribus et terminalibus folio brevioribus puberulis densifloris: bracteis linearibus ovarium subaequantibus, calycis limbo cyathiformi intus villoso tubum (1‴ longum) subaequante: dentibus 4 minutis, petalis subrotundis glabris limbo calycis subaequilongis, staminibus corolla ter longioribus, achenio ovato-oblongo truncato-rotundato (8‴ longo, alis inclusis 6‴—5‴ lato): alis 4 ejus diametro transversali aequilatis. — Affine videtur praecedenti. — Cuba or., pr. Mata (Wr. 2574). E.

4. Chuncoa arbuscula Gr. Fl. p. 275, exclus. synon. Rich. (Wr. 2569: in speciminibus florentibus folia basi v. ad apicem petioli biglandulosa, in fructiferis glandulae evanescunt; jamaicense Swartzianum non amplius coram est, id vero eglandulosum descripsi).

5. Chuncoa Chicharronia Gr. (*Chicharronia intermedia* Rich. t. 43). Habitu praecedenti conformis, sed differt samara diametro longitudinali duplo latiori, quam loculus versus basin apicemque ejus abruptim attenuatus fere duplo longiori, foliis eglandulosis, junioribus subtus bullato-reticulatis; „arbor 50-pedalis“ (Wr. 2570). E.

6. Chuncoa? „eriostachya“ (*Terminalia* Rich.): „foliis majoribus 4″—5″ longis spica elongata superatis“ a praecedente differre dicitur (Rich.)

7. Terminalia Catappa L.* (Rug. 746).

8. Laguncularia racemosa G. (Rug. 647; Wr. 2575).

9. Bucida Buceras L. (G. Don pl. havan.; Wr. 1239; 2572: forma calyce breviori albido-villoso); var. *angustifolia* DC. (Rug. 234 b.)

10. Bucida angustifolia Rich. (non DC.). Differt a praecedente foliis minoribus spathulatis (8‴—10‴ longis, 3‴ latis), ramulis apice 2—3spinosis, et inprimis drupa obovoidea (vix 2‴ longa) calycis limbo deciduo apice nuda: calyces in nostris speciminibus extus glabri, limbo intus pubescente (Wr. 2573). E. 1237

11. Bucida capitata V. (Poepp.; Wr. 1240, 2571).

12. Conocarpus erectus L. (Rug. 646; Wr. 2573). 2570

LXXII. THYMELEAE.

1. Linodendron Lagetta Gr. pl. Wr. p. 187 (Wr. 1397). E.

2. Linodendron aronifolium Gr. foliis ovalibus utrinque rotundatis glabris subtus glaucescentibus (3″—1″ longis, 2″—3/4″ latis): venis primariis subtus prominulis margine confluis, secundariis parum e parenchymate emersis: petiolo brevissimo (1‴—2‴ longo), calyce extus albo-tomentoso: lobis spathulato-oblongis acutiusculis intus sericeo-pulverulentis tubo (6‴ longo) duplo brevioribus, antheris oblongis filamentis staminum longiorum brevioribus, squamulis hypogynis subrotundis.— Proximum *L. Lagettae*, cui folia angustiora, basi acuta, calycis lobi tubo longiores, lobi eo quadruplo breviores, venatio vero folii et brevis petiolus conveniunt. „Frutex 2—5pedalis, floribus purpureis odoris“ (Wr.). — Cuba or. pr. Baracoa (Wr. 2581). E.

3. Linodendron venosum Wr. foliis elliptico-oblongis mucronulato-acutis basi obtusiusculis glabris supra lucidis subtus opacis (1 1/2″—2″ longis, 8‴—10‴ latis): venis primariis et secundariis subtus arcte prominulis, illis juxta marginem connexis, his transversis: petiolo longiusculo (2‴—3‴ longo), calyce extus albo-villoso: lobis ovalibus v. ovati-oblongis obtusis intus pubescentibus tubo (10‴ longo) quinquies brevioribus, antheris ovato-oblongis filamentis staminum longiorum aequilongis, squamulis hypogynis in cupulam truncatam connexis. — „Frutex gracilis, 10pedalis, floribus purpureis odoris“ (Wr.). — Cuba occid. pr. S. Marcos (Wr. 2582). E.

4. Linodendron „cubense Gr. (*Daphnopsis* Msn. *Hargasseria cubana* Rich. ex Lind. 2109“). E.

5. Daphnopsis „caribaea Gr.“ Fl. p. 278 (*D. linifolia* α. Msn. Cuba: Msn.)

6. Daphnopsis Guacacoa Wr. ramulis glabris, foliis coriaceis spathulato-lanceolatis obovatisque apice rotundato plerumque retusis basi in petiolum brevissimum attenuatis pallidis glabris subtus venoso-reticulatis (3″—2″ longis, 1 1/2‴—1/2‴ latis), florum fasciculis breviter pedunculatis subcymosis pedunculisque pubescentibus exinvolucratis: floribus breviter pedicellatis, calycis tubo infundibulari-ovato (1 1/2‴ longo) lobis oblongis obtusis sesquilongiori, bacca ellipsoidea acutiuscula „alba“ (4‴ longa) pedicello multo longiori. — Proxima *D. Fendleri* Gr. (in Herb. Hook.: Fendl. Venez. 306), ubi rami pubescentes, folia obtusiuscula, medianus subtus dense pubescens. — Cuba occ. (Wr. 2579). E.

7. Daphnopsis angustifolia Wr. ramulis glabris, foliis parvis rigidis spathulatis obtusis v. acutiusculis subsessilibus atrovirentibus glabris supra nitidis margine revolutis subtus

arcunerviis (8‴ — 10‴ longis, 2‴ — 3‴ latis), florum glomerulis paucifloris in apice ramuli foliosi subsessilibus exinvolucratis sericeis, calycis ♂ tubo campanulato-clavato (2‴ longo) lobis 4 ovatis obtusis longiori, ♀ et fructu … — „Fruticulus 2 — 3pedalis, floribus albis“ (Wr.). — Cuba occ. versus Pinal Mayari (Wr. 2580). E.

8. Lagetta lintearia Lam. (Wr. 2577).

9. Lagetta Valenzuelana Rich. (Wr. 2578). E.

LXXIII. LAURINEAE.

1. Phoebe montana Gr. Fl. p. 279 (Wr. 476, 1406, 1407, 1411).

2. Phoebe triplinervis Gr. Pl. Wr. p. 187 (*P. antillana* Msn. α. ex Wr. 1400; Wr. „482“; *P. patens* Ns. sec. Msn.; *Persea cinnamomifolia* Rich., non Kth., ex descr.)

3. Phoebe cubensis Ns. ex descr. (*P. antillana* γ. Msn.: sed folia non triplinervia; Wr. 2590).

4. Phoebe Valenzuelana Rich. (Wr. 2583, 2591; *Oreodaphne alba* Rich.) E.

5. Phoebe hypoleuca Rich. (ex Lind. 1773; *Persea cubensis* Msn. ex eod. nr.; *Agathophyllum aromaticum* Descourt., non W.). E.

6. Persea „gratissima G.“ (Msn.)

✠ Persea „sylvestris Rich.“ (Rich.)

7. Hufelandia pendula Ns. (Wr. 485, 486, 1402, 1403, 1414).

8. Acrodiclidium jamaicense Ns. (Wr. 1401, 1410; *Symphysodaphne cubensis* Rich. t. 67 ex Lind. 1993; *Aydendron cubense* Rich. ex descr.)

9. Acrodiclidium Wrightii Msn. (Wr. 2584, 2585; *A. jamaicense* As. Gr. in pl. Wr. 481 a Msn. citat., non Ns. et Griseb.). E.

10. Nemodaphne cuneata Msn. (*Nectandra* Gr. pl. Wr. p. 188; Wr. 1412, 1413; *Oreodaphne obovata* Rich. [„Lind. 2150“] ex descr.). E.

11. Nectandra Willdenowiana Ns., Msn. (Wr. 484, 2589; *N. sanguinea* Gr. pl. Wr. p. 188; *N. Cigua* Rich.)

12. Nectandra exaltata Gr. Fl. p. 281 (Wr. 2587, 2588; *N. Boniato* Rich.: ex descr. forma glabra).

13. Nectandra leucantha Ns., Gr. Fl. p. 282 (Wr. 480, 1399; *N. antillana* Msn.: forma foliis basi attenuatis, margine ad basin revoluto et calyce 4‴ — 5‴ diam. conveniens; *N. magnoliaefolia* Rich., non Ns., ex descr.?)

14. Strychnodaphne floribunda Gr. Fl. p. 283 (Wr. 1404, 1405, 1408, 1409; 2586: *Oreodaphne Lindeniana* Rich. ex descr.)

15. Oreodaphne Leucoxylon Ns., Gr. (Wr. 477, 1398; *Nectandra longifolia* Rich., non Ns., ex descr.)

16. Cassyta americana Ns. (Wr. „488").

17. Hernandia sonora L. (Wr. 2592).

18. Hernandia cubensis Gr. pl. Wr. p. 188 (Wr. 1390). E.

LXXIV. GARRYACEAE.

1. Fadyena Hookeri Endl. (Wr. 492).

LXXV. CUCURBITACEAE.

1. Sechium „edule Sw." (Rich.)

2. Triceratia bryonioides Rich. t. 44 bis (Rug. 297). E.

3. Trianospermum racemosum Gr. (*Bryonia* Sw.; *Cionandra* Gr. Fl. p. 286; Wr. 1243).

4. Trianospermum graciliflorum Gr. (*Cionandra* l. c., pl. Wr. p. 189; Wr. 1241; *Bryonia americana* Rich. !).

5. Momordica Charantia L. (Wr. 1244).

6. Momordica „Balsamina L." * (Rich.)

7. Sicana excisa Gr. caule glabro, foliis sinu lato cordato-subrotundis profunde 5—3lobis (supremis integris) glabris v. subtus sparsim scabriusculo-punctulatis: lobis mediis oblongis cuspidatis remote denticulatis integerrimisque, cirrhis 3fidis, calycis ♂ (1½″ longi, 1″ lati) ad medium 5fidi tubo obconico, lobis ovatis acutis basi constrictis sinuque late rotundato separatis patentibus corolla breviter 5loba intus pilosiuscula paullo superatis, antheris triadelphis (4‴ longis) oblongis, singulis filamento brevi multo longioribus. — Structura *S. odoriferae* Naud. in Ann. sc. IV. 18 t. 8, sed directione et sinubus calycis ab illa distincta; ♀ ignota. — Cuba occ. pr. La Grifa (Wr. 2593). E.

8. Luffa acutangula Roxb. (Wr. 2595).

9. Melothria pervaga Gr. Fl. p. 289 (Rug. 823; Wr. 195: *Diclidostigma melothrioides* Kz. ex descr.)

10. Melothria microcarpa Gr. in pl. Rugel. Bacca subglobosa a praecedente affini recedit (Rug. 669; *M. pendula* Mey. essequeb., non L.)

11. Elaterium carthagenense L. (Wr. 2594).

12. Anguria Ottoniana Schlecht. (Rug. 613). E.

13. Anguria pedata Jacq. (Wr. 196; *A. polyphylla* Schlecht., *dentata* Schlecht.)

14. Feuillea cordifolia Sw. (Wr. 1242).

LXXVI. PAPAYACEAE.

1. Carica Papaya L. (Wr. 2596).

LXXVII. PASSIFLOREAE.

1. Passiflora (Cieca) minima L. (Rug. 169; Wr. 197 a., 1245 a.)

2. Passiflora (Cieca) pallida L. (Wr. 2597).

3. Passiflora (Cieca) hederacea Cav.

4. Passiflora (Cieca) angustifolia Sw. (Wr. 197 b., 1245 b.)

5. Passiflora (Cieca) Berteriana Balb. (Wr. 2604).

6. Passiflora (Cieca) multiflora L. (Poepp.; Rug. 168; Wr. 2598).

7. Passiflora (Cieca) „pubescens Kth." (Rich.)

8. Passiflora (Decaloba) rubra L. (Rug. 838; Wr. 201).

9. Passiflora (Decaloba) sexflora Juss. (Lind. 1821; Wr. 200).

10. Passiflora (Decaloba) holosericea L. (G. Don.; Rug.).

11. Passiflora (Granadilla) „maliformis L." (Wr. „199").

12. Passiflora (Granadilla) „quadrangularis L." (Rich.)

13. Passiflora (Granadilla) stipulata Benth. (Wr. 2599).

14. Passiflora (Granadilla) „incarnata L." (Rich.)

15. Passiflora (Granadilla) pedata L. (Wr. 2600).

16. Passiflora (Dysosmia) ciliata Ait. (Wr.; var. *riparia* Wr. (Wr. 2602: forma foliis obsolete 3lobis); var. *quinqueloba* Gr. (Wr. 2601: forma foliis 5lobis).

17. Passiflora (Dysosmia) foetida L. (Lind. 1703; Wr. „2603").

18. Passiflora (Murucuja) penduliflora Berter. (Wr. 198).

19. Passiflora (Murucuja) oblongata Sw. (Wr. 198 a., 1615).

20. Passiflora (Murucuja) cuprea L. (Rug. 243; Wr. 2605).

21. PASSIFLORA (Murucuja) MURUCUJA L. (G. Don pl. havan.; *P. coriacea* Rich., non Juss.)

LXXVIII. TURNERACEAE.

1. TURNERA ULMIFOLIA L. (Greene pl. havan.; Rug. 14; W. 209).

2. TURNERA PUMILEA L. (Wr. 2606: „flores testaceo-lutei").

3. TURNERA ACAULIS Gr. acaulis, hirsuto-pubescens, foliis dense rosulatis subsessilibus eglandulosis lanceolato-oblongis acutis grosse serratis (1″—1½″ longis): venis inter serraturas excurrentibus, floribus conglobato-sessilibus axillaribus „purpureis": bracteolis calycisque segmentis lanceolatis, petalis spathulato-linearibus (8‴ longis) stamina et stylos duplo superantibus. — Styli 3, stigmate apice in multa segmenta linearia diviso. — Cuba occ. (Wr. 2607). E.

4. BOHADSCHIA MICROPHYLLA Gr. (*Turnera* Desv.; *Triacis* Gr. Fl. p. 297; Lind. 1852, 2065; Wr. 210).

5. PIRIQUETA CISTOIDES Gr. Fl. p. 298 (Wr. 2609; *P. jonidioides* Rich.)

PIRIQUETA sect. HAPLOTRIACIS.

Styli 3, simplices, apice penicillato-multifidi.

6. PIRIQUETA (Haplotriacis) VISCOSA Gr. viscoso-pilosa, foliis eglandulosis lanceolatis pube stellata adpressa destitutis serratis, pedicellis axillaribus folium subaequantibus (1″—1½″ longis), petalis „purpureis". — Cuba occ., in savanis distr. S. Christobal (Wr. 2608).

LXXIX. HOMALINEAE.

1. HOMALIUM RACEMOSUM Jacq. (Wr. 1106).

LXXX. LOASEAE.

1. MENTZELIA ASPERA L. (Wr. 208).

LXXXI. ARISTOLOCHIACEAE.

1. ARISTOLOCHIA (Gymnolobus) PENTANDRA L. (Wr. 2610).

2. ARISTOLOCHIA (Gymnolobus) PASSIFLORIFOLIA Rich. (Wr.). E.

3. ARISTOLOCHIA (Gymnolobus) TRICHOSTOMA Gr. pl. Wr. p. 190, a. 1860 (Wr. 463; *A. spathulata* Duch. a. 1864). E.

4. Aristolochia (Gymnolobus) glandulosa Kickx. (Wr. 2611). E.

5. Aristolochia (Gymnolobus) clavidenia Wr. scandens, glabra, foliis sinu aperto rotundato cordato-oblongis v. cordato-deltoideis rotundato-obtusis pedatinerviis longiuscule petiolatis (4″—1 1/2″ longis, 2″—1″ latis): lobis basilaribus subquadrato-rotundatis, stipulis nullis, pedunculis axillaribus solitariis cernuo-arcuatis flori subaequilongis, calycis tubo supra urceolum obovato-globosum (6‴ longum) cylindrico erectiusculo apice breviter dilatato (parte superiori ad labium usque 6‴—8‴ longa): labio cum faucis margine confluo canaliculato-lineari apice spathulato obtuso intus infra apicem sparsim pilosiusculo versus apicem glabro sed glandulis obovoideis subsessilibus onusto (parte piligera 1″, glanduligera 4‴—6‴ longa), capsula ovoideo-oblonga 6valvi. — Affinis *A. macradeniae* Hook., sed labium angustius et glandulae ad partem superiorem restrictae subsessiles. „Labium fusco-purpureum" (Wr.). — Cuba or., Yunque de Baracoa (Wr. 2612). E.

6. Aristolochia (Gymnolobus) tigrina Rich. (G. Don pl. havan.; Rug. 346; Wr. 2615). E.

7. Aristolochia (Gymnolobus) Lindeniana Duch. (Wr.: labium intus glabrum); var. *plagiophylla* Gr. (Wr. 2616: forma folio basi truncato, flore minore). E.

8. Aristolochia (Gymnolobus) linearifolia Wr. volubilis, suffruticosa, glabra, foliis linearibus basi rotundatis apice obtusiusculis trinerviis subtusque venoso-reticulatis breviter petiolatis (2″—4″ longis, 2‴—3‴ latis), stipulis cordiformibus deciduis (6‴—4‴ longis), calycis tubo supra urceolum (4‴ longum) ovoideum recurvato: parte superiori (8‴ longa) campanulata apice abruptim dilatata: labio a tubo distincto unilaterali e basi subulata lineari canaliculato intus piloso apice obtusiusculo (10‴—12‴ longo, basi 3‴, superne vix 1‴ lato), capsula ovoidea a basi 6valvi. — Cuba or., pr. La Laya (Wr. 2617). E.

9. Aristolochia (Gymnolobus) oblongata Jacq. (Rug. pl. matanz. 184).

10. Aristolochia (Gymnolobus) trilobata L. (Wr. 2614).

11. Aristolochia (Gymnolobus) odoratissima L. (Wr. 2613).

LXXXII. CACTEAE.

1. Mamillaria pusilla DC. (Wr. 2619).

2. Melocactus communis DC. (Wr. 2618).

3. Cereus (Pilocereus) assurgens Wr. caule erecto simplici apice obtuso („2′—6′ alto“): costis 8—6 subargutis sinu profundo separatis: areolis minutis demum glabratis, junioribus tomento minuto instructis, 14—12spinosis: spinis tenuibus divaricatis basi nodoso-incrassatis albido-fulvis, 4 centralibus paullo longioribus (6‴—8‴ longis), floribus „viridi-luteis“ ($1^1/_2$″—1″ longis): calycis tubo armato: petalis parvis obovatis. — Conferatur *C. divaricatus* Pfeiff., exclus. synon. Plum., habitus *C. Curtisii* Lk. Ott. — Cuba occ. (Wr. 2622). E.

4. Cereus (Eucereus) eburneus Salm ex diagn. Pfeiff. Flos $2^1/_2$″—3″ longus, tubo basi pulvinato-tomentoso parce setuloso superne squamis fimbriatis instructo, petalis inferioribus margine laceris obovato-rotundatis; accedit ad *C. grandispinum* Haw. ex Plum. ed. Burm. t. 195 f. 2, sed spina centralis vix brevior, 1″—$1^1/_2$″ longa. — Cuba or. (Wr. 2620).

5. Cereus (Eucereus) Royeni Haw. var. *armatus* Pfeiff. ex descr. Flos 2″ longus, tubo nudo (Wr. 2621).

6. Cereus (Eucereus) pellucidus Pfeiff. „Nocturnus, flore albo“ 9″ longo, squamis tubi axilla lanuginosis, sepalis oblongo-linearibus cuspidatis, petalis apice mucronato-rotundatis (Wr. 2623: „in litore boreali pr. Gerardo“). E.

7. Cereus (Eucereus) Pitajaya DC. (*C. variabilis* Pfeiff. ic. 2 t. 15; Plum. ed. Burm. t. 199 f. 1.) „Nocturnus“, flore 9″ longo, squamis tubi axilla glabris (Wr. 2624).

8. Cereus (Eucereus) eriophorus Lk. Ott. (Wr. 207). E.

9. Rhipsalis Cassyta G. (Rug. 767; Wr. 206).

10. Opuntia (Platyopuntia) Tuna Mill. (Wr.)

11. Opuntia (Platyopuntia) triacantha Haw. (Wr.)

12. Opuntia (Platyopuntia) macracantha Gr. „caule erecto demum cylindrico dense spinoso“ (Wr.): spinis ultra 20 areolae lanatae et setulosae insertis inaequalibus divaricatis albido-pulverulentis apice flavescentibus, 4—5 longioribus 6″—4″ longis, ramis „proliferis“: articulis compressis ovato-oblongis (maximis ovato-oblongis), areolis distantibus intra tomentum breve dense setulosis inermibus v. spina solitaria 8‴—12‴ longa armatis, floribus „purpureis“ (1″ diam.): calycis tubo brevi campanulato apice dilatato (5‴ longo). — Cuba, in depressis maritimis (Wr. 2625). E.

13. OPUNTIA (Cylindropuntia) HYSTRIX Gr. caule erecto „2—4pedali" teretiusculo (6‴ diam.): ramis tuberculato-areolatis: tuberculis contiguis depresso-ellipsoideis apice truncato areoliferis: areolis subrotundis albo-lanatis, inferne 3—4-spinosis, superne setulosis: spinis patentissimis subcompressis nitido-stramineis validis epidermide soluta tunicatis plerisque ($1^1/_2$″—2″ longis) subaequilongis, flore „rubro" obconico (10‴ diam.): calyce nudo corollam dimidiam aequante, petalis superne dilatatis mucronulatis. — Affinis *O. tunicatae* Lehm. — Cuba or., inter Baracoa et Saltadero (Wr.). E.

14. PEIRESCIA ACULEATA Mill. (Wr. 2626).

15. PEIRESCIA „PORTULACIFOLIA Haw." (Rich.)

LXXXIII. SAXIFRAGEAE.

1. WEINMANNIA PINNATA L. (Wr. 1250).

LXXXIV. BEGONIACEAE.

1. BEGONIA (Begoniastrum) ACUMINATA Dry. (Wr. 2628).

2. BEGONIA (Begoniastrum) CUBINCOLA A. DC. (Beg. sp. Pl. Wr. p. 190 sub 1248: forma caule brevi repente). E.

3. BEGONIA (Begoniastrum) WRIGHTIANA A. DC. (Beg. sp. Pl. Wr. p. 190 sub 1247). E.

4. BEGONIA (Begoniastrum) „LINDENIANA A. DC." („Lind. 1730").

5. BEGONIA (Begoniastrum) ROTUNDIFOLIA Dry. (Wr. 2630).

6. BEGONIA (Begoniastrum) TOVARENSIS Kl. ex descr., var. foliis glabrescentibus (*B. lacustris* Wr. 2629).

7. BEGONIA (Wageneria) SCANDENS Sw. (Wr. 2627).

LXXXV. ARALIACEAE.

1. HEDERA CUNEIFOLIA Wr. foliis cuneato-spathulatis glabris subtus vesiculoso-punctatis (4″—2″ longis, $1^1/_2$″—8‴ latis), pedunculis strictis folium excedentibus v. subaequantibus: pedicellis patentibus, calycis limbo subintegro: tubo turbinato, staminibus exsertis corollam duplo superantibus. — Affinis *H. pendulae* Sw., variat foliorum latitudine et petiolo nunc brevi nunc 1—2pollicari. — Cuba occ. (Wr. 2631). E.

2. SCIADOPHYLLUM JACQUINI Gr. Fl. p. 306 (G. Don pl. havan.; Rug. 203; Wr. 212; *Hedera arborea* Sw.)

3. SCIADOPHYLLUM SAMYDIFOLIUM Wr. foliis simplicibus ellipticis repando-integerrimis apice saepius breviter et oblique apiculatis basi in petiolum gracilem paullo breviorem breviter

protractis (3″—2″ longis, 2″—1½″ latis), junioribus pellucido-lineolatis-punctatisque: venis primariis pinnatis, secundariis parum conspicuis, umbellis simplicibus paniculatis: pedunculis versus medium tuberculato-squamulosis pedicellos (6‴ longos) longitudine excedentibus, calycis limbo repando, stylis 5, bacca subglobosa 5loculari laevi (2‴—3‴ diam.). — Habitus praecedentis; „arbor 40pedalis". — Cuba occ., in distr. S. Felepina pr. La Grifa (Wr. 2632). E.

4. Panax speciosum W. (Wr. 211).

5. Panax „Morototoni Aubl." (Rich.)

LXXXVI. UMBELLIFERAE.

1. Hydrocotyle umbellata L. (Wr. 214).

2. Hydrocotyle natans Cyr. (Wr. 2635).

3. Hydrocotyle leptostachya Rich. (Poepp.; Wr. 2634).

4. Hydrocotyle „ranunculoides L." (Rich.)

5. Hydrocotyle spicata Lam. (Wr. 213).

Asciadium, genus juxta Hydrocotylen inserendum, ex unico flore examinato imperfecte cognitum.

Calycis limbus obsoletus. Petala elliptica, obtusa, majuscula, valvaria. ... — Herba radicans, foliis pinnatisectis, habitu Helosciadii; pedunculi axillares, uniflori.

6. Asciadium coronopifolium Gr. Herba pumila, glabra, surculis filiformibus; folia saepe ad nodos radicantes rosulata, 8‴—10‴ longa, petiolo supra medium segmentis 5 instructo sursum dilatato: segmenta obovato-subrotunda (1‴—2‴ longa) 2—3lobulata v. — crenata, inferiora distantia, terminali nunc 3fido lobulisque 2lobulatis, lobulis obtusis; pedunculus e rosula petiolo brevior; stamina 5 epigyna; styli 2 e stylopodiis hemisphaericis, apice divergentes. — Cuba occ. (Wr. 2633). E.

7. Eryngium „foetidum L." (Rich.)

LXXXVII. BALANOPHOREAE.

1. Phyllocoryne jamaicensis J. Hook. (Wr. 546).

2. Helosis mexicana Liebm. (Wr. 2636).

LXXXVIII. OLACINEAE.

1. Ximenia „americana L." (Rich.; Wr. „2642").

2. Schoepfia chrysophylloides Planch. (Rug. 82; Wr. 2637; *S. Marchii* Gr. Fl. p. 310; *Diplocalyx chrysophylloides* Rich. t. 54).

3. Schoepfia didyma Wr. foliis ellipticis v. elliptico-oblongis utrinque acutis (2″—1″ longis, 12‴—8‴ latis), pedicellis unifloris (4‴—5‴ longis) petiolo triplo longioribus, corolla campanulata 5dentata intus glabra (2‴ longa): dentibus deltoideo-acutis recurvis tubo multo brevioribus, ovario 4ovulato, drupa ovoideo-subglobosa (6‴ longa). — „Frutex 10-pedalis, floribus viridi-albis basi rubescentibus". — Cuba occ. (Wr. 2641). E.

4. Poraqueiba cubensis Wr. foliis glabris ovato-rotundatis obtusiusculis marginulatis (2″—1½″ longis, 16‴—12‴ latis): petiolo (4‴—2‴ longo) cymulam axillarem contracto-sub3floram subaequante, floribus extus ferrugineo-pubescentibus (1‴ longis) pedicello crassiusculo longioribus, petalis 5 ovato-oblongis acutis intus glabris basi inter se et cum basi filamentorum subcohaerentibus: costa longitudinali intus simplici arguta, ovario ovato-conico sub1ovulato: stigmate sessili exiguo acuto, bacca ovoidea (2″ longa). — Species in genere paullum anomala corolla 5partita, stigmate acuto cum ovarii apice confuso et ovario (confirmante cl. Wr.) uniovulato; „arbor 50pedalis". — Cuba occ., pr. Retiro (Wr. 2639: commixtum in nostra coll. cum 2640, quae est Zuelania tremula). E.

5. Mappia racemosa Jacq. (Wr. 1389 posterior); var. *brachycarpa* Gr., pl. Wr. p. 191, drupa subglobosa (Wr. 1389 prior, 1578).

6. Mappia angustifolia Gr. foliis lanceolatis obtusiuscule acuminatis eporosis (4″ longis, 6‴—8‴ latis), paniculis (1″—1½″ longis) simpliciusculis corymbi- v. racemiformibus folio multo brevioribus, petalis oblongo-linearibus (1¼‴ longis), drupa . . . — Filamentis anthera plus duplo longioribus (nec subaequilongis nec petalo plus duplo brevioribus) foliisque angustioribus a praecedente peraffini recedit. — Cuba or. (Wr. 2638). E.

LXXXIX. LORANTHACEAE.

1. Loranthus (Dendropemon) uniflorus Jacq. (Rug. 773; Wr. 2643).

2. Loranthus (Dendropemon) psilobotrys DC. ex descr. Differt a praecedente pedicellis brevioribus et bracteolae lobis subaequalibus; „flores rubri, bacca nigra". — Cuba or. (Wr. 2644).

3. Loranthus (Dendropemon) cubensis Gr. ramulis 4gonis, foliis obovatis v. spathulatis basi cuneatis apice mu-

cronulato-rotundatis ($1^1/_2''$—$1''$ longis), racemis axillaribus pauci- et distantifloris glabris, plerisque folium subaequantibus: pedicellis flore brevioribus: bracteola cupuliformi brevissime sub4dentata, corolla breviter obovato-oblonga in gemma acuta ($1^1/_2'''$ longa), bacca ovoidea ($3'''$ longa). — Cuba or. (Wr. 2645). E.

4. LORANTHUS (Dendropemon) PAUCIFLORUS Sw. (Wr. 1255, 1303).

5. PHORADENDRON FLAVESCENS Nutt. (Wr. 2650: forma foliis majoribus, $1^1/_2''$ longis; „bacca alba").

6. PHORADENDRON HEXASTICHUM Gr. Fl. p. 313 (Wr. 1252: variat floribus tetrastichis).

7. PHORADENDRON MARTINICENSE Gr. Fl. p. 314 (Wr. 1251).

8. PHORADENDRON LATIFOLIUM Gr. Fl. p. 314 (Rug. 270; Wr. 216, 217, 1251 a; *Viscum tereticaule* DC.)

9. PHORADENDRON TETRASTACHYUM Gr. pl. Wr. p. 191 (Wr. 218, 1300 a.); var. *spathulifolium* Gr. (Wr. 1300 b.: forma foliis spathulato-oblongis, $6'''$—$10'''$ latis). E.

10. PHORADENDRON RUBRUM Gr. Fl. p. 314 (Poepp.; Rug. 165; Wr. 1302; *Viscum tetragonum* Poepp., Rich.)

11. PHORADENDRON MACROSTACHYUM Gr. Fl. p. 314 (Rug. 809; Wr. 2647; — 2652: forma parvifolia, foliis $4'''$—$6'''$ longis obovato-rotundatis).

12. PHORADENDRON MYRTILLOIDES Gr. Fl. p. 314 (Wr. 1253).

13. PHORADENDRON BUXIFOLIUM Gr. pl. Wr. p. 191 (Wr. 220, 222, 219, 223: idem exstat ex Quito); var. *rotundatum* Wr. (Wr. 2649: forma foliis majoribus $1''$ longis spicam subduplo superantibus trinerviis).

14. PHORADENDRON SESSILIFOLIUM Gr. pl. Wr. p. 191 (Wr. 1301).

15. PHORADENDRON CONSTRICTUM Gr. pl. Wr. p. 192. Variat floribus distichis et tetrastichis (Wr. 220 b.). E.

16. PHORADENDRON TESTIFOLIUM Wr. ramulis subcylindricis minute puberulis, foliis *minutis crassiusculis spathulatis concavo-convexis basi cuneata subsessilibus* ($3'''$—$4'''$ longis), spicis axillaribus folium subaequantibus, terminalibus longioribus: articulis 2—3 multifloris: floribus in articulo quoque distichis, articulis decussantibus tetrastichis. — Proximum praecedenti, habitus idem, sed articuli utrinque 4—6flori, foveolis minoribus. — Cuba or., pr. Monteverde (Wr. 2648). E.

17. Phoradendron serpyllifolium Gr. pl. Wr. p. 192 (Wr. 1254). E.

18. Arceuthobium domingense Gr. (*Viscum* Spr.; Wr. 225: ramuli cylindracei; spicae ♂ internodium subaequantes, articulis 4floris, calyce 3fido, antheris unilocularibus transversim dehiscentibus, ♀ breviores bifariam florentes, articulis 2floris).

19. Arceuthobium Bonaniae Wr. ramulis crassiusculis cylindraceis fragilibus: internodiis eorum et spicarum subaequilongis (3‴ longis): squamis acutis in vaginulam patulam connatis, articulis spicae ♂ 6—4 medio bifloris: floribus disticho-oppositis distantibus, calycis limbo 3lobo. — Affine *A. cupressoidi* Gr., sed flores bifariam seriales, ex medio articulo erumpentes. — Cuba occ., in sylvis maritimis pr. Toscano (Wr. 2653). E.

20. Arceuthobium glaucum Wr. ramulis glaucis compressiusculis, demum cylindricis: internodiis quam spicae ♂ articuli multo longioribus articulos ♀ subaequantibus (4‴—8‴ longis): squamis deltoideo-acutis subdistinctis, articulis spicae ♂ bifloris, ♀ supra medium quadri-bifloris: floribus in illis decussatis, in his distiche oppositis, calycis limbo 3lobo. — Cuba or. (Wr. 2651). E.

21. Arceuthobium epiviscum Gr. pl. Wr. p. 192 (Wr. 221: vidi quoque specimina in Phoradendro rubro). E.

22. Arceuthobium Mancinellae Wr. ramis cylindraceis: internodiis (6‴—10‴ longis quam articuli spicae longioribus: squamis in vaginulam annuliformem reductis, articulis spicae ♂ 5—3 complanatis oblongo-linearibus utrinque attenuatis basi constrictis apice in vaginulam patulam truncatam v. utrinque breviter acutatam subdilatatis 6‴—4‴ longis, medio $2^1/_2$‴ latis): floribus in utroque margine serialibus numerosis, calycis limbo 3lobo. — Cuba occ., in ramis Hippomanes pr. Toscano (Wr. 2646). E.

23. Eremolepis Wrightii Gr. pl. Wr. p. 192 (Wr. 226: planta quoad genus imperfecte nota). E.

XC. RUBIACEAE.

1. Genipa „americana L." (Rich.)

2. Genipa Caruto Kth. (Wr. 336, 1619, 2654; *G. pubescens* DC. ex descr.)

3. Genipa clusiifolia Gr. Fl. p. 317 (*Gardenia* Jacq.; Rug. 333).

4. Catesbaea spinosa L. (Lane pl. havan.: *C. latifolia* Lindl.; Wr. 2656: *C. macrantha* Rich. t. 47).

5. Catesbaea „longispina Rich." (Rich.). E.

6. Catesbaea parviflora Sw. (Lane pl. havan.; *C. campanulata* Ramon!; *Echinodendron campanulatum* Rich. t. 47 bis: „Linden 36" ap. Rich.)

7. Catesbaea Grayi Gr. pl. Wr. p. 503 (Wr. 371).

8. Catesbaea holacantha Wr. foliis minutissimis lanceolato-acutis (1‴ longis) breviter petiolatis spina supra-axillari rigida valida patente (10‴—12‴ longa) multoties brevioribus, floribus parvis (2‴—3‴ longis) brevissime pedicellatis: pedicellis calyce (1/2‴ longo) brevioribus, calycis lobis deltoideo-acuminatis tubo subaequilongis corolla multoties brevioribus, corolla campanulata basi constricta: lobis ovatis acutis tubo duplo brevioribus, antheris exsertis. — „Frutex 4′—5′ altus, floribus virentibus" (Wr.). — Cuba occ. pr. Mayari-abajo (Wr. 2657). E.

9. Catesbaea phyllacantha Gr. foliis stipulisque abortivis aphylla, spinis e latero complanatis deltoideo-acuminatis (1″ longis, basi 6‴—3‴ latis) rigidis patentibus crassiusculo-foliiformibus apice pungentibus florem infra eorum basin insertum subaequantibus, pedicellis calyce multo longioribus, corolla campanulata (8‴—9‴ longa): lobis deltoideis tubo multo brevioribus, antheris inclusis, ovario semibiloculari. — Species anomala placentis sub anthesi in centro ovarii haud contiguis et antheris supra basin filamento insertis, sed generice a Catesbaea vix separanda. — Cuba occ., in litore septentrionali (Wr. 2655). E.

10. Posoqueria „havanensis DC." (Osa). E.

11. Sphinctanthus longiflorus Gr. pl. Wr. p. 503 (Wr. 1263). E.

12. Randia aculeata L. (Wr. 392).

13. Randia Sagraeana Gr. (*Gardenia* Rich.: Wr.) E.

14. Randia Wrightiana Gr. Genipantha, spinis raris armata, foliis obovato-subrotundis obtusiusculis coriaceis plane aveniis glabris supra lucidis margine revolutis breviter petiolatis (5‴—7‴ longis, 4‴—5‴ latis). floribus axillaribus fasciculatis parvis pedicello parum longioribus, calycis limbo breviter campanulato: dentibus 4 deltoideis, corolla (1‴ longa) calyci (cum ovario) fere aequilonga intus glabra: lobis deltoideis tubo clavato-cylindrico duplo brevioribus parum contortis, antheris oblongo-linearibus in tubo corollae infra medium sessilibus breviter apice exsertis, bacca lignosa ovoidea (2″ —

$2^1/_2''$ longa). — Similis *R. Sagraeanae* Gr. (*Gardeniae* Rich.), cui folia minora, spinae numerosae saepe ternae v. quaternae, flores subsolitarii subsessiles, calycis dentes 5 minuti distantes, corollae tubus 2‴, lobi ovato-cuspidati valde contorti 1‴ longi. — Cuba or. (Wr. 2660, 2715). E.

Obs. *Casasiae* Rich. t. 49 corolla adhuc ignota: sed calycis post anthesin structura baccaque lignosa nullum discrimen a Randia praebuit, ad quod genus, donec plura innotescant, reducendam illam judicavi.

15. Randia calophylla Gr. (*Casasia* Rich. t. 49; Wr. 2658). E.

16. Randia nigrescens Gr. inermis, foliis coriaceis grathulato-lanceolatis obtusiusculis in petiolum attenuatis supra lucido-nigrescentibus striatello-laevibus glabris subtus plicato-venosis pubeque cinerea tenuissime velutinis ($2''$—$1^1/_4''$ longis, 10‴—6‴ latis): venis obliquis parallelis, floribus axillaribus subternatis breviter pedicellatis, calycis limbo scutelliformi 5dentato: dentibus mucroniformibus distantibus, corolla ..., bacca lignosa ovoideo-subglobosa ($1^1/_2''$ longa, 14‴ lata). — *Casasia* Wr. — Proxima *R. calophyllae* (*Casasiae* Rich.), cui folia glaberrima utrinque aequaliter striato-venosa, venis magis approximatis, et bacca lignosa exacte globosa (2″ diam.). — Cuba occ. (Wr. 2659). E.

17. Amajoua fagifolia Desf. (Wr. 2662).

18. Alibertia edulis Rich. (Wr. 260).

19. Alibertia jacquinioides Gr. foliis infra baccam sessilem approximatis subsessilibus spathulato-mucronulatis versus basin longe attenuatis (12‴—10‴ longis, 4‴—5‴ latis) rigidis lucido-glabris subaveniis margine revolutis: mediano subtus prominulo, stipulis deltoideo-subulatis puberulis, calycis limbo tubo multo breviori 4dentato: dentibus lanceolato-acuminatis subdistantibus, corollae ♂ tubo (2‴ longo) clavato lobis 4 ovatis acuminatis subaequilongo glabro, antheris oblongis inclusis, bacca globosa (6‴—8‴ diam.) calyce 4dentato terminata. — „Frutex 2—4′ altus, floribus albis“ (Wr.). Genus, Randiae affine, recognosco floribus unisexualibus sessili-terminalibus, antheris inclusis, bacca biloculari: seminibus numerosis horizontalibus (quae in Randia verticalia): stylum nonnisi vidi in ♂ subuliformem, sed in Alibertia eduli nostra bacca bilocularis videtur. — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2663). E.

20. Schradera cephalophora Gr. pl. Wr. p. 504 (Wr. 1264). E.

21. Isertia Haenkeana DC. (Wr. 2665).

22. Hamelia ventricosa Sw. (Wr. 2664: specimen fructiferum, bacca ovato-subglobosa subdubium).

23. Hamelia „cuprea Gr. Fl. p. 320" (*H. chrysantha* Rich., non Sw., ex ic. citata P. Br.; Linden „2034, 2149" ap. Rich.)

24. Hamelia patens Jacq. (Wr. 227).

25. Hamelia lutea Rohr. (Wr. 234, 1265; *H. breviflora* Rich. ex descr.)

26. Bertiera gonzaleoides Wr. foliis lanceolato-oblongis acuminatis apice obtusis glabris et ad venas subtus parce strigillosis, stipulis subulatis, ramis paniculae distantibus, inferioribus saepe bifidis, corolla ..., baccis sessilibus breviter seriatis alaribusque globosis calyce 4dentato coronatis (2‴ diam., in sicco nigris). — Cuba occ. (Wr. 2668). E.

27. Hoffmannia? lanceolata Gr. pl. Wr. p. 504 (Wr. 253). E.

28. Gonzalea Petesia Gr. Fl. p. 231 (Wr. 233; *G. brachyantha* Rich. ex descr.: Linden „2171, 2172".)

29. Gonzalea spicata DC. (Wr. 2666).

30. Gonzalea leptantha Rich. (Wr. 2667: „drupa nigra").

31. Sabicea Moralesii Gr. glabrescens, foliis ellipticis acutiusculis basi rotundatis (3″ - 2½″ longis): venis primariis subtus hispidulo-puberulis, stipulis linearibus strigosis lineaque pilorum nodum cingente connexis petiolo multo v. duplo brevioribus, floribus glomeratis in axilla subsessilibus, calycis limbo 4partito: segmentis foliaceis reticulato-venosis ovato-lanceolatis tubo multo longioribus, corolla intus villosa, ovario 5—8loculari: stigmatibus in apice styli 5—8 expansis. — Habitus fere *S. glabrescentis* Benth.: stipulis angustis et stigmate 5—8radiato peculiaris et flore non viso nisi in gemma corollaque valvari adhuc clausa accuratius investiganda, in honorem cl. D. Morales, botanici havanensis, nominata. — „Frutex gracilis 6pedalis, ramis longe pendentibus, flore albo" (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 2781). E.

32. Coccocypselum repens Sw. (Wr. 257).

33. Coccocypselum nummulariifolium Cham. Schl. (Wr. 2669).

34. Macrocnemum cubense Gr. foliis elliptico-oblongis obtusiusculis (4″ longis), stipulis parvis deltoideis deciduis, corymbis terminalibus paucifloris, calycis limbo repando patente minutissime 5denticulato, corollae lobis ovatis obtusiusculis

tubo clavato crasso triplo brevioribus: margine incrassato tuboque inferne intus tomentosis, filamentis glabris, seminibus exalatis ecaudatis. — Differt a *M. jamaicensi* L. corymbo paucifloro, foliis minoribus, stipulis, corolla majori (1½′ longa), seminibus minutissimis nec caudatis. — „Corolla ochroleuca" (Wr.) — Cuba or. (Wr. 2661). E.

35. Chimarrhis cymosa Jacq. (Wr. 1262, 1622).

36. Exostemma „floribundum R. S." Rich.)

37. Exostemma triflorum G. Don (Wr. 2670).

38. Exostemma caribaeum R. S. (Rug. 822; Wr. 2674).

39. Exostemma longiflorum R. S. (Linden, 1995; Rug. 228; Wr. 265).

40. Exostemma salicifolium Gr. in Herb. Hook. glabrum, foliis e basi cuneata lanceolato-acuminatis v. elliptico-lanceolatis obtusiusculis membranaceis breviter petiolatis (2″—1″ longis, 6‴—3‴ latis), stipulis minutis deltoideis, pedicellis axillaribus filiformibus calyce minute 5dentato longioribus (6‴—8‴ longis), extimis ternato-corymbosis, corollae tubo cylindrico (8‴—10‴ longo) lobis aequilongo, capsula ellipsoidea acutiuscula (6‴—8‴ longa). — „Frutex arborescens, floribus albis odoris" (Schomb.). — Cuba occ. (Wr. 2676); Haiti pr. S. Domingo (Schomb. 42).

41. Exostemma purpureum Gr. glabrum, foliis ovatis acutis basi rotundata breviter petiolatis subcoriaceis (2½″—2″ longis, 1½″—1″ latis) flores axillares superantibus, stipulis minutis subulatis, pedicellis ternatis v. solitariis calyce minute 5dentato multo longioribus (8‴—10‴ longis), corollae tubo cylindrico (8‴ longo) lobis subaequilongo. — „Frutex 2′—4′ altus, floribus extus purpureis, intus roseis" (Wr.). — Cuba or. pr. Baracoa (Wr. 2671). — Specimen capsuliferum huic v. *E. caribaeo* affine exstat in Cuba occ. pr. Majari-abajo lectum (Wr. 2680): ab *E. caribaeo* recedit foliis coriaceis subaveniis, alaque seminum sinu angusto hinc excisa. E.

42. Exostemma rotundatum Gr. pr. Wr. p. 504 (Wr. 1258, 1259). E.

43. Exostemma ellipticum Gr. pl. Wr. p. 504 (Wr. 1257). E.

44. Exostemma parviflorum Rich. (*E. Valenzuelae* Rich. t. 48 et Gr. pl. Wr. p. 504; Wr. 1260, 1261); var. (Wr. 2672: forma ramulis puberulis). E

45. Exostemma myrtifolium Gr. ramulis pubescentibus, foliis parvis (4‴—6‴ longis) ovalibus v. ovali-subrotundis margine revolutis glabris coriaceis breviter petiolatis, stipulis

deltoideis, corymbis ramosis terminalibus: pedicellis capsulae ovoideo-subrotundae subaequilongis ($1^1/_2'''$—$2'''$ longis), corollae tubo ($3'''$ longo) lobis duplo longiori. — „Frutex 4′—6′ altus, floribus albis“ (Wr. 2673). E.

46. Exostemma „nerhfolium Rich.“ (Rich.) E.

47. Exostemma Vavassorii Gr. Fl. p. 323 (*Catesbaea* Spr.; Wr. 2675: species anomala praeter notas jam allatas quoque seminibus paucis exalatis; „flores lutei“: Schomb.; Wr. 2716: specimen sterile hujus loci videtur).

Obs. Portlandiae plane congener est Gonianthes Rich., etsi in *P. gypsophila* Macf. (*G. Lindeniana* Rich. t. 49 bis) capsula non dehiscit: namque in ceteris quoque speciebus capsula lignosa est nec nisi tarde et ad apicem solum irregulariter loculicide aperitur. Magis vero distat *P. pendula* Wr. capsula tenuiori, demum septicida, verum a Coutarea, cui habitu accedit, aestivatione plicata et seminibus exalatis differt, et ob aestivationem plane conformem capsulaeque apice primo loculicide aperto et seminibus foveolatis Portlandiae speciem anomalam (ab Isidorea habitu alienam) judico.

48. Portlandia gypsophila Macf. (Wr. 259; *Gonianthes Lindeniana* Rich. t. 49 bis).

49. Portlandia longiflora Meisn. in pl. Rugel. foliis elliptico-oblongis obtusiusculis opacis chartaceis arcunerviis ($6''$—$4''$ longis, $2^1/_2''$—$1^1/_2''$ latis), stipulis e basi lata angusta abruptim lineari-acuminatis, pedicellis axillaribus solitariis, limbi calycini segmentis foliaceis lineari-lanceolatis, corolla „viridi-albida“ folia duplo superante ($8''$ longa): tubo superne campanulato a medio in basin longe filiformem contracto: lobis reniformi-rotundatis, antheris ($1^1/_2''$ longis) filamento triplo brevioribus, capsula obovato-5costata apice truncato inaequaliter loculicida ($12'''$—$15'''$ longa). — *Gonianthes Sagraeana* Rich. cub.: ex descr. forma foliis minoribus. — „Frutex 2—4′ altus“ (Wr.). — Cuba occ., in praeruptis ad fl. Yumury pr. Matanzas (Rug. 374); Cuba or. et occ. (Wr. 2678). E.

50. Portlandia pendula Wr. foliis ovatis v. ellipticis obtusiusculis in petiolum contractis chartaceis ($1''$—$3''$ longis), stipulis deltoideis, cyma terminali foliata 3—5flora: pedicellis inferioribus longioribus, omnibus post anthesin recurvato-cernuis, limbi calycini segmentis foliaceis lineari-lanceolatis, corolla (in sicco alba) sensim versus basin attenuata ($2''$ longa): lobis subrotundo-deltoideis, antheris ($6'''$—$8'''$ longis) filamento duplo vel paullo brevioribus, capsula breviter obovoidea

vertice loculicida, mox septicida (4''' longa). Cuba occ. (Wr. 2677). E.

51. Hillia longiflora Sw. (Wr. 1256).

52. Hillia tetrandra Sw. (Wr. 266).

53. Calycophyllum candidissimum DC. (Poepp. pl. cub.; (Wr. 258).

54. Ferdinandea stellata Gr. pl. Wr. p. 505 (Wr. 264). E.

55. Ferdinandea angustata Wr. glaberrima, foliis 3—4natim verticillatis lanceolatis acutis in petiolum attenuatis coriaceis (2'' longis, 8''' latis), corymbis specialibus 3—5floris; pedicellis calyci subaequilongis, calycis dentibus deltoideo-lanceolatis tubo aequilongis, corollae tubo clavato (4''' longo) limbo triplo longiori: lobis oblongo-rotundatis, antheris inclusis, capsula ... — *F. stellatae* Gr. proxime affinis: „arbor gracilis, 30pedalis, floribus atrorubentibus" (Wr.). — Cuba occ., in paludosis pr. Toscano (Wr. 2681). E.

56. Ferdinandea brachycarpa Gr. pl. Wr. p. 505 (Wr. 1621; 2679: ex quo adde diagnosi: corollae tubo clavato sericeo-pubescente lobis subrotundis calyceque 3—2plo longiori); var. *hispidula* (Wr. sub. 1621: forma foliis supra pilis curvulis hispidulis). E.

57. Rondeletia (Petesia) „microdon DC." (Osa. E.

58. Rondeletia (Eurondeletia) „americana L." (Osa).

59. Rondeletia (Eurondeletia) buxifolia V. (Linden 1234: *R. Lindeniana* Rich.; Wr. 262).

60. Rondeletia (Eurondeletia) odorata Jacq. (Greene pl. havan.; Lane pl. havan.; Rug. 734; Wr. 2685); var. *hirsuta* Gr. (Wr. 2686).

61. Rondeletia (Eurondeletia) peduncularis Rich. (Wr. 2690). E.

62. Rondeletia (Eurondeletia) microphylla Gr. foliis parvis (2'''—6''' longis) spathulatis obtusis glabrescentibus: margine, mediano subtus ramulisque strigoso-pubescentibus, stipulis deltoideis strigosis, pedunculis terminalibus unifloris, calycis lobis spathulatis obtusis tubo corollae angusto pubescente (6''' longo) multo brevioribus, antheris 5 inclusis. — Proxima *R. peduncalari* Rich., differt pube, foliis parvis et pedunculis in ramo terminalibus. — Cuba occ. (Wr. 2691). E.

63. Rondeletia (Eurondeletia) „laevigata Ait." DC.

Obs. Rondeletiae sectionum Eurondeletiae et Stevensiae discrimen a calyce petitum novis speciebus aufertur: inde utramque ex inflorescentia sola dispono, priorem floribus pe-

dicellatis, posteriorem floribus involucro bracteolarumve pari cinctis distinguens.

64. Rondeletia (Stevensia) Poitaei Gr. Fl. p. 328; (*Stevensia buxifolia* Poit.; Wr. 1266; 2687: forma foliis minoribus margine revolutis); var. *microphylla* Gr.: folia minora, utrinque pubescentia (*R. Berteriana* Rich. cub., non DC.; Rug. 311; *R. Berteriana* DC.! ex pl. Bertero differt calycis lobis longioribus, foliis acutiusculis majoribus).

65. Rondeletia (Stevensia) chamaebuxifolia Gr. ramulis sericeo-puberulis, foliis ($1\frac{1}{2}''$—$1''$ longis, $6'''$ latis) elliptico-lanceolatis acutiusculis in petiolum attenuatis glabris laevibus: venis minute reticulatis subtus non prominulis: petiolo parum puberulo, stipulis deltoideo-subulatis sericeis, pedunculis 3—1floris petiolum subaequantibus: floribus sessilibus v. bibracteolatis, calycis lobis 4 lanceolato-acuminatis tubo subaequilongis; corollae tubo ($2\frac{1}{2}'''$ longo) albo-sericeo clavato calycis limbo quater longiori, antheris inclusis, capsula subglobosa demum 4valvi. — *R. buxifolia* DC. in pl. Berter., non Vahl. — Proxima *R. Poitaei*, sed calycis lobi angustiores longiores et folia glabra apice acuta. — Cuba occ. (Wr. 2688). E.

66. Rondeletia (Stevensia) venosa Wr. ramulis albido-tomentosis, foliis ($8'''$—$10'''$ longis, $3'''$—$6'''$ latis) ellipticis acutis breviter petiolatis supra glabris subtus albo-tomentosis demum glabrescenti-albidis: venis primariis subtus prominulis, stipulis subulatis tomentosis, pedunculis axillaribus 3(-1)floris petiolum excedentibus foliumque dimidium subaequantibus, calycis lobis 4 lineari-acuminatis tubo sub anthesi longioribus corollam dimidiam subaequantibus crassiusculis, corolla „rosea“ tomentosa: tubo ($2'''$ longo), antheris inclusis, capsula subglobosa. — Iterum proxime affinis *R. Poitaei*, sed calycis lobi angusti duplo longiores. — Cuba occ., pr. S. Marcos, Bahia Honda (Wr. 2693). E.

67. Rondeletia (Stevensia) hypoleuca Gr. ramulis albido-tomentosis, foliis crassiusculis parvis ($6'''$—$4'''$ longis, $5'''$—$2'''$ latis) ovalibus utrinque rotundatis breviter petiolatis supra glabris subtus stipulisque et calycibus albo-tomentosis, stipulis deltoideis, floribus axillaribus solitariis involucellatis breviter pedunculatis: pedunculo petiolum subaequante, calycis lobis 4 oblongo-linearibus obtusis crassiusculis tubo subaequilongis, corolla tomentosa „purpurea“, antheris inclusis, capsula globosa. — „Frutex 4—6pedalis“ (Wr.). — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. 2692). E.

68. Rondeletia (Stevensia) rigida Gr. pl. Wr. p. 505 (Wr.). E.

69. Rondeletia (Stevensia) alaternoides Rich. (Wr. 2689). E.

70. Rondeletia (Stevensia) correifolia Gr. ramulis robustis puberulis, foliis rigidis (2″—1″ longis, 18‴—10‴ latis) subcordato-ovatis v. ovalibus subsessilibus mucronato-acutiusculis v. obtusis praeter medianum deorsum incrassatum subtus puberulum glabris, stipulis deltoideis puberulis, pedunculis axillaribus 3—1floris folium subaequantibus: pedicellis tomentosis brevibus apice bibracteolatis, calycis lobis 5—6 oblongo-lanceolatis obtusiusculis subrecurvatis crassiusculis (2‴ longis) tubo sub anthesi sublongioribus, corolla tomentosa breviter exserta, antheris inclusis, capsula obovoidea apice truncato loculicida, mox deorsum septicida. — Affinis *R. alaternoidi* Rich., cui folia breviter petiolata et calycis lobi spathulato-rotundati. — Cuba occ. (Wr. 2684). E.

Tres, quae sequuntur, Cinchonaceae, a cl. Wright sine floribus lectae, quoad genus plane incertae, Rondeletiae ex calycis limbo in segmenta longiuscula diviso provisorie tantum adscribuntur, donec genus determinari possit.

71. Rondeletia? phialanthoides Gr. foliis approximatis spathulato-lanceolatis obtusis basi in petiolum brevem attenuatis glabris (8‴—12‴ longis), stipulis deltoideo-subulatis ciliatis, pedunculis axillaribus unifloris apice bibracteolatis petiolum subaequantibus puberulis, limbo calycino quam tubus parum breviori 4lobo: lobis ovali-rotundatis obtusiusculis, capsula oblonga tenuissime puberula demum 4valvi (2‴ longa): seminibus in loculo utroque 2—3 basi et apice in caudam lanceolato-linearem longiusculam productis. — Habitu ad Phialanthum, calycis lobis foliaceis quoque ad Phyllomeliam accedit, cui loculi uniovulati et semina ala destituta. — Cuba occ. (Wr. 2694). E.

72. Rondeletia? tinifolia Gr. foliis ellipticis utrinque acutiusculis glabris supra lucidis longiuscule petiolatis (3″ longis, 1½″ latis), stipulis e basi deltoidea bifidis subsericeo-puberulis, cyma trichotoma terminali pauciflora ad divisiones foliata: floribus alaribus sessilibus, calycis limbo 4partito: segmentis spathulato-subrotundis subdistantibus (1½‴ longis); capsula oblongo-lineari obtusangula apice libero supra calycem breviter producta basi attenuata tenuissime puberula: seminibus innumeris fusiformibus basi et apice in appendicem angustam

acuminatam longe productis. — *Ferdinandea* Wr. mscr. — Habitus exacte *Exostemmatis elliptici*, sed stipulis divisis et capsula supra calycem producta ab Exostemmate recedit; dehiscentia capsulae et in hac et in praecedente specie ignota. — Cuba occ. (Wr. 2682). E.

73. Rondeletia? verbenacea Gr. foliis lanceolato-oblongis mucronatis glabris in petiolum marginatum attenuatis (3″—2 1/2″ longis, 10‴ latis): venis haud prominulis, primariis circiter 20 parallelis arcu juxtamarginali connexis, stipulis subcoriaceis concavo-ovatis acuminatis patentibus petiolum subaequantibus, pedunculis axillaribus elongatis folium excedentibus in spicam oblongam basi interruptam glomerulis densifloris constitutam abeuntibus, calycis lobis 5—6 filiformibus capsulae aequilongis, capsula turbinato-oblonga (2‴ longa) apice deorsum loculicida et ad basin septicida: seminibus innumeris minutis exalatis. — Habitu accedit ad Lercheam et probabiliter novum genus formabit. — Cuba occ. (Wr. 2695). E.

74. Manettia coccinea W. (*M. havanensis* DC.; Wr. 267).

75. Manettia lygistoides Gr. pl. Wr. p. 505 (Wr. 255). E.

76. Rhachicallis rupestris DC. (Poepp. pl. cub.; Liebm.; Rug. 163; Wr. 2696).

77. Hedyotis coerulea Hook. var. *patens* Ell.; (Greene pl. havan.)

78. Oldenlandia corymbosa L. (Wr. 2697).

79. Oldenlandia capillipes Gr. annua, glabra, caule gracili diffuso, foliis subsessilibus ellipticis acutis, vel superioribus distantibus elliptico-lanceolatis linearibusque (illis 2‴, his 3‴—4‴ longis), stipularum setis obsoletis, pedicellis elongatis filiformibus in cymam paucifloram terminalem dispositis v. solitariis, calycis dentibus 4 distantibus minutis, corolla infundibuliformi (1 1/2‴ longa): tubo lobis subaequilongo, antheris ovoideo-oblongis, capsula semiglobosa apice rotundato-truncata, seminibus innumeris minutis angulatis. — Cuba occ. (Wr. 2698). E.

80. Oldenlandia callitrichoides Gr. pl. Wr. p. 506 (Wr. 268 et 1640 ex parte, 2699). E.

81. Oldenlandia glomerata Mich. (Wr. 2700: collat. cum specimin. georgic.; *Hedyotis* Ell.)

82. Lucya tuberosa DC. (Rug. 832; Wr. 269).

83. Mitreola petiolata T. Gr. (Wr. 389).

84. Spigelia anthelmia L. (Wr. 390).

85. SPIGELIA SPARTIOIDES Cham. Schl. ex descr. (Wr. 2701: specimin. fructifer.)

86. GUETTARDA LONGIFLORA Gr. Fl. p. 332 (G. Don pl. havan.; Wr. 2706).

87. GUETTARDA SCABRA Lam. Rug. 640, 359; Wr. 2707; *G. havanensis* DC.; *G. ambigua* Rich., non DC.)

88. GUETTARDA ELLIPTICA Sw. (Wr. 2703).

89. GUETTARDA ODORATA Lam. (Rug. 361; Wr. 1609, 2704).

90. GUETTARDA LINDENIANA Rich. (*G. reticulata* Gr. pl. Wr. p. 506; Linden 2079; Wr. 263, 1294, 1616; 1293 ex parte). E.

91. GUETTARDA MEMBRANACEA Sw. (Wr. 2702; 1293 ex parte: drupa globosa praeterea a praecedente differt).

92. GUETTARDA BRACTEATA Gr. pl. Wr. p. 506 (Wr. 261, 1292; *G. Valenzuelana* Rich. ex descr. incompleta).

93. GUETTARDA UNDULATA Gr. Guettardaria, foliis parvis (8‴—12‴ longis) rigidis ovali-oblongis obtusiusculis basi subcordatis brevissime petiolatis margine crispatis undulato-repandis costiveniis supra glabris demum rugosis subtus pube stellata adpressissima puberulis et ad venas prominulas hispidulo-pubescentibus glabratisve, stipulis parvis ovatis obtusis rufo-pubescentibus, pedicellis axillaribus pubescentibus brevissimis unifloris petiolum aequantibus, flore . . ., drupa globosa (4‴ diam.) puberula 6loculari. — Affinis videtur *G. rigida* Rich., cui „folia supra lucida subtus sericea, drupa calycis tubo coronata". — Cuba occ., in rupibus pr. Matanzas (Rug. 628); Cuba or. (Wr. 2705). E.

94. GUETTARDA „RIGIDA Rich." (Rich.). E.

95. GUETTARDA CALYPTRATA Rich. t. 46 (Rug. t. 360, 775; Wr. 1295, 1618).

96. GUETTARDA FERRUGINEA Wr. Guettardaria, fruticosa, foliis (4″—2″ longis, 12‴—9‴ latis) rigidis crassiusculis oblongis obtusiusculis basi rotundatis breviter petiolatis supra glabris subtus albido-villosis v. ad venas prominentes ferrugineo-pubescentibus costiveniis et subtus demum dense reticulatis, junioribus subtus tomentoso-lanatis, stipulis . . . deciduis, cyma contracta subsessili ad bracteas calycesque ferrugineo-lanata, bracteis filiformibus calycem truncatum subduplo excedentibus, corollae tubo (12‴—15‴ longo) sericeo clavato-cylindrico apice paullo dilatato et subarcuato calycem triplo et ultra superante: lobis 6 oblongis intus glabris, drupa globosa (8‴ diam.) pubescente 5—6loculari. — Affinis *G.*

calyptratae Rich. et *G. macrocarpae*; „frutex 2′—5′ altus, floribus albis odoris" (Wr.). — Cuba occ., in pinetis pr. Mayari (Wr. 2708). E.

97. Guettarda macrocarpa Gr. pl. Wr. p. 507 (Wr. 1296: addetur diagnosi: cyma pauciflora sessili, bracteis ellipticis ferrugineo-lanatis calycem tomentosum 4dentatum excedentibus, corollae tubo (15‴—18‴ longo) tomentoso-sericeo cylindrico-clavato calycem 4plo superante: lobis vulgo 6 oblongis intus puberulis). E.

98. Stenostomum nitidum DC. (Rug. 338; Wr. 2711).

99. Stenostomum lucidum G. (Rug. 325; Wr. 1270, 1620); var. (Wr. 2709: forma foliis subacutis, venis minute areolatis conveniens).

100. Stenostomum granulatum Gr. pl. Wr. p. 507 (Wr. 1272); var. foliis subtus laevibus: venis primariis conspicuis (Wr. 2710; *Malanea dichotoma* Rich. [*Stenostomum* DC. sec. Rich.]: sed antherae inclusae, non „semiexsertae"). E.

101. Stenostomum densiflorum Wr. Eustenostomum, foliis elliptico-lanceolatis acutis breviter petiolatis glabris (2″ longis): venis tenuibus subtus conspicuis, stipulis deltoideis, pedunculis bifidis folia subaequantibus: ramis eorum patentibus brevibus: floribus approximatis ebracteatis, calyce glabro resinoso minuto: limbo brevi truncato, corollae tubo anguste clavato (2‴ longo): lobis 4; drupa ovoidea calycis limbo mamilliformi coronata. — Floribus approximatis minoribus stipulisque differt a *S. granulato*. — Cuba occ. (Wr. 2713). E.

Calyx 5phyllus. Corolla parva globoso-urceolata, limbo brevissimo revoluto 5partito, lobulis subrotundis intus ad basin crasse bicallosis. Corona parva, 5phylla, medio tubo corollae inserta, foliolis membranaceis subrotundis inflexis antheram suam tegentibus. Columna tubo corollae infra coronam adnexa, antheris membrana brevissima inflexa terminatis: pollinaria ovoidea e basi glandulae pendula. Stigma depressum, 5radiatum. — Caulis volubilis, tenuis, pube reversa obductus, internodiis elongatis; folia opposita, ovato-lanceolata, acuminata, longiuscule petiolata; racemi juxta-axillares, breviter pedunculati, petiolum excedentes, pedicellis patentibus v. subreflexis flore minuto multo longioribus.

14. Tylodontia cubensis Gr. — Internodia $4''$, folia $1^1/_2''$, petioli $6'''$, pedicelli $2''' - 3'''$ longa; flores $^1/_2'''$ diam. — Cuba occ. (Wr. 2964). E.

15. Orthosia acuminata Gr. ramulis pubescentibus, foliis lanceolato-acuminatis v. lanceolato-linearibus basi cuneatis v. rotundatis ($1^1/_2'' - 3''$ longis, $3''' - 6'''$ latis), glabris repandis longiuscule petiolatis: venis primariis distantibus, imis 4 approximatis, umbellis sessilibus v. breviter peduncu-

latis: pedicellis petiolum subaequantibus, corollae segmentis oblongo-lanceolatis obtusiusculis ($1^1/_2'''$—$2'''$ longis) glabris apice intus macula glandulosa insignitis, corona 5partita infra mediam columnam inserta stigmate depresso paullo superata: segmentis ovatis obtusiusculis margine revolutis, sinubus nudis. — Genus Vincetoxico proximum corona foliacea distinguo. — Cuba or. (Wr. 2966). E.

16. Orthosia oblongata Gr. ramulis pilosulis, foliis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusiusculis basi subtruncatis v. rotundis ($2^1/_2''$— $1^1/_2''$ longis, $1''$— $^1/_2''$ latis) glabris longiuscule petiolatis: venis primariis distantibus, imis 4 approximatis, umbellis subsessilibus: pedicellis inaequalibus, longioribus petiolum subaequantibus, corollae segmentis ovatis obtusiusculis ($1^1/_2'''$ longis) glabris, corona profunde 5fida supra basin columnae inserta stigmate depresso parum superata: lobis 5 reniformibus subtruncato-retusis medio carinatis, sinubus latiusculis margine revoluto lobulum spurium angustum exhibentibus — Habitu accedit ad *Gonolobum rhamnifolium*, sed folia apice angustiora nec cuspidata. — Cuba occ. (Wr. 2967). E.

Poicilla, nov. gen. (juxta Orthosiam inserendum).

Calyx 5phyllus. Corolla tubo concavo rotata, tigrino-marmorata, limbo 5partito leviter dextrorsum contorto. Corona infra mediam columnam inserta, 5partita, segmentis antheram tegentibus intus in lacinulam productis cucullatis v. emarginato-inflexis basi distantibus, sinubus brevissimis. Antherae didymae, latere dehiscentes, apice nudae: pollinaria ovoidea, cum cauda e glandulae basi pendula. Stigma depressum, 5angulare. — Herbae volubiles, filiformes; folia opposita, petiolata: umbellae pauci-1florae, juxtaaxillares, sessiles, petiolum subaequantes.

Genus Gonolobo habitu accedens, Orthosiam cum Vincetoxico et Cynancho connectit: ab Orthosia differt coronae segmentis intus in lacinulam productis, antheris membrana terminali destitutis et corolla ut in Gonolobis pluribus marmorata.

17. Poicilla tamnifolia Gr. caule pube reversa pilosulo, foliis cordato-lanceolatis acuminatis puberulis v. hirtellis, sepalis deltoideo-lanceolatis corollae tubum aequantibus extus pilosis, corollae segmentis ($1^1/_2'''$ longis) ovatis obtusis tubo plus duplo longioribus, coronae segmentis cucullato-reniformibus a dorso medio inflexis in appendicem late rotundatam

mucronulatam productis: appendicibus columnam aequantibus. — Internodia 1″ — 2″ longa; folia 1″ — 1½″ longa, ad basin 4‴ — 6‴ lata, sinu basilari rotundato v. subtruncato; corolla „virens“ (Wr.); habitu accedit ad *Gonolobum tigrinum*, sed flos duplo minor et venae foliorum rectiusculae (quae in illo ascendunt). — Cuba or., in monte Toro pr. Potosi (Wr.). E.

18. Poicilla ovatifolia Gr. caule pube reversa bifariam pilosulo, foliis ovatis mucronatis petiolo vix v. parum longioribus basi subtruncato-rotundatis glabris, sepalis deltoideis corollae tubum aequantibus glabris, corollae segmentis (1¼‴ longis) ovatis acutiusculis tubo plus duplo longioribus, corona linea callosa ad basin cincta profunde 5partita: segmentis erectis emarginato-subrotundis basi angustioribus et sinu truncato distantibus columnam aequantibus: appendicibus minutis acutis ex emarginatura segmenti inflexis. — Folia 6‴ — 8‴ longa, 4‴ — 5‴ lata, apice obtuso v. acutiuscula. — Cuba or. (Wr. 2965). E.

19. Asclepias curassavica L. (Greene pl. havan.; Wr. „401“).

20. Asclepias nivea L. (Greene pl. hav.; Wr. 402).

21. Sarcostemma Brownei Mey. (Poepp. pl. cub.; Wr. 1666; *S. clausum* Rich.)

22. Oxypetalum riparium Kth. (Wr. 406).

23. Gonolobus tigrinus Gr. pl. Wr. p. 520 (Wr. 1667); var. *angustifolius* (Wr.: folia cordato-linearia, pedunculi subuniflori; „corolla viridi-fusca, stigmate purpureo“). E.

24. Gonolobus stephanotrichus Gr. ramis glabriusculis, foliis sinu angusto cordatis supra basin ovato-oblongis cuspidato-acuminatis glabris (3″ — 2½″ longis), corymbis subsessilibus contractis petiolo subbrevioribus: pedicellis flore brevioribus, calyce corolla fere quater breviori: segmentis e basi ovato-lanceolata contracto-linearibus, corolla 5partita extus parce pilosa intus supra faucem barbatam glabra: segmentis lanceolato-linearibus (8‴ longis) apice obtusiusculis non marmoratis, corona subintegra pilosiuscula, stigmate 5angulari. — Ab affini *G. rostrato* R. Br. calycis segmentis subulatis differt. — Cuba or. (Wr. 2969; conferatur „Wr. 407“ in pl. Wr. p. 521). E.

25. Gonolobus „Ottonis C. Kch. et Bouché“ (Otto).

26. Ibatia „maritima Decs.“ (Rich.)

27. Ibatia mollis Gr. pube brevissima densa ubique velutina et ad ramos inter pubem pilosa, foliis auriculis superincumbentibus profunde cordato-subrotundis cuspidato-acutis,

fasciculis multifloris breviter pedunculatis petiolum subaequantibus, corolla pubescente intus farinoso-puberula: segmentis (2‴ longis) ovatis obtusiusculis, stigmate depresso: apiculo centrali minuto bifido, folliculis (junioribus) e basi oblonga subulatis pubescentibus. — Corolla „rufescens“: corona 15-crenata, crenaturis margine „nigricantibus“ (Wr.). — Cuba occ., pr. La Concordia (Wr. 2978). E.

28. Fischeria scandens DC. (Rug.; Wr. 1378).

29. Fischeria „havanensis Decs.“ (Decs., Rich.). E.

30. Marsdenia clausa R. Br. (Wr. 1374; *M. affinis* Rich. ex Lind. 1846).

31. Marsdenia campanulata Gr. pl. Wr. p. 521 (Wr. 1375); var. *bifida*, foliis brevioribus (2″ longis), vulgo acutis, pedunculis divaricato-bifidis, corollae tubo limbo subaequilongo (Rug. 393; Wr. 2973; 2970: forma obtusifolia). E.

32. Marsdenia „agglomerata Decs.“ (Rich.)

33. Marsdenia saturejifolia Rich.! (Lind. 2165; Wr. 2971). E.

34. Marsdenia elliptica Decs. (Rug. 381; Wr.: „corolla virens rubroque-tincta“).

35. Marsdenia fusca Wr. fruticosa, scandens, ramis robustis puberulis mox glaberrimis, foliis ovato-oblongis oblongisque breviter acuminatis (2″—3″ longis) basi rotundatis longiuscule petiolatis glabris: paribus distantibus, cymis umbelliformibus pedunculatis: pedunculo petiolum vulgo multum superante, sepalis late ovalibus ciliatis corollam dimidiam paullo superantibus, corolla breviter infundibuliformi (4‴—5‴ longa) intus glabra „olivaceo-fusca“: lobis ovato-rotundatis tubo latiusculo aequilongis, coronae foliolis subfoliaceis antherae basi insertis ovato-lanceolatis columnam aequantibus, pollinariis spathulato-oblongis, stigmate hemisphaerico-acuto, folliculis crassis ovalibus nitido-laevigatis (4″ longis). — Habitu accedit ad Fischeriam, sed affinis *M. ellipticae* Decs. — Cuba occ., ad sepes et muros pr. La Concordia (Wr. 2976). E.

36. Marsdenia umbellata Gr. volubilis, glabrata, foliis e basi minute cordata ovato-oblongis acutis (3″—4″ longis) longiuscule petiolatis glabris: paribus distantibus, cymis umbelliformibus 6—8floris: pedunculo petiolum subaequante, sepalis ovatis acutiusculis glabris corollae tubo subduplo brevioribus, corolla infundibuliformi (4‴—5‴ longa): tubo campanulato intus piloso lobis lineari-oblongis obtusis glabris aequilongo, coronae foliolis antherae basi insertis lanceolato-acuminatis basi biauriculatis columnam aequantibus, pollinariis

spathulato-oblongis, stigmate bipartito: segmentis crassis obovoideo-globosis. — Affinis *M. longiflorae* Rich., quae differt corolla duplo majori, ejus lobis intus puberulis tubo paullo longioribus, sepalis subrotundis ciliatis corollae tubo multo brevioribus, stigmate crasse globoso breviter emarginato. — Cuba or. (Wr. 2972; conferatur Wr. 582) specimen folliculis instructum iisque lanceolato-linearibus 6″ longis). E.

37. Marsdenia longiflora Rich. (Wr. 2974: „corolla viridi-lutea", 8‴—9‴ longa). E.

38. Marsdenia vinciflora Gr. flaccida, laevis, glabra, foliis e basi minute cordata ovatis acutiusculis (3 1/2″—2″ longis) submembranaceis longe petiolatis: petiolo lamina fere duplo breviori patentissima, floribus umbellatis „albis": umbella pauciflora pedunculata: pedunculo petiolum excedente pedicellis longiori, sepalis ovatis rotundato-obtusis ciliolatis (2‴ longis), corolla infundibuliformi (12‴—14‴ longa): tubo intus piloso campanulato-tubuloso medio angustiori (2‴ diam.) lobis oblongis obtusis glabris paullo longiori (7‴—8‴ longo), coronae squamis parvis oblongo-rotundatis antherae inferne adnatis basi deorsum gibbis columna subtriplo brevioribus, pollinariis obovatis, stigmate conico obtusiusculo. — Simillima *Stephanotidi acuminatae* Brongn. (Deless. 3 t. 82), sed a *M. longiflora* generice separari nequit. — Cuba occ., e rupibus dependens pr. Guaquibou (Wr. 2975). E.

Metalepis n. g. (juxta Gymnema inserendum).

Calyx 5partitus. Corolla rotata, calyce subinclusa, contorta, fauce coronata. Corona 5partita, a columna distincta, segmentis brevibus subrotundis corollae segmentis oppositis. Columna depressa, nuda, parum e tubo corollae prominens, antherae loculis oblique conniventibus membrana terminali destitutis. Pollinaria erecta, obovoidea, opaca, glandula multo majora, cauda tenui basi glandulae inserta elastice ascendente. Stigma plano-depressum, minute bicorniculatum. — Suffrutex volubilis, internodiis elongatis glabris; folia opposita, cordato-ovata, 3″—4″ longa (superiora decrescentia et minus cordata v. basi rotundata), acuta v. mucronata, glabra, chartacea, venis parum conspicuis; pedunculi juxtaaxillares, alternantes, elongati, saepe divisi, puberuli, apice in racemum brevem multiflorum abeuntes, infra flores callis pluribus (pedicellorum sterilium bractearumve vestigiis) instructi; flores parvi (2‴—3‴ diam.), pedicellis calyci subaequilongis; corolla intus villoso-pubescens, „viridi-alba purpureoque-tincta".

39. Metalepis cubensis Gr. — Syn. *Gonolobus* Rich. Fl. 2 p. 98 ex descr. (exclus. syn. Jacq.). — Cuba occ., pr. Matanzas (Rug. 759), pr. Concordia et S. Leon, in sepibus (Wr. 2977). E.

CVI. GENTIANEAE.

1. Sabbatia gracilis Salisb. (Wr. 412, anni 1863); var. *cubensis* Pl. Wr. p. 521 (Wr. 412, a. 1857).

2. Eustoma exaltatum Gr. (Greene pl. havan., Otto, Linden, „Wr. 414").

3. Erythraea „ramosissima Pers." (Rich.)

4. Enicostema „litorale Bl." (Descourt.; *Slevogtia occidentalis* Gr.)

5. Goeppertia volubilis Gr. in Journ. Linn. Soc. 6 p. 141, pl. Wr. p. 521 (*Coutubea* Mart.!; Wr. 1372).

6. Goeppertia gracilis Wr. caule filiformi flexuoso apice volubili, foliis linearibus acutis (inferioribus 1'' longis, $^1/_2$''' latis, superioribus brevioribus), cymis raris contractis 3(-1)floris, bractea florum lateralium basilari pedicellum abbreviatum excedentibus, calyce corollae tubum paullo superante, corolla „alba": lobis oblongo-lanceolatis acutiusculis tubo aequilongis, stigmate ovoideo-cylindrico. — Cuba occ. pr. S. Marcos (Wr. 2979). E.

Obs. *G. volubilis* Gr. dignoscitur: caule volubili angulato, foliis lanceolatis (2'''—1''' latis), cymis numerosis in racemum elongatum dispositis, bractea florum lateralium basilari pedicellum subaequantibus, calyce corollae tubo paullo breviori, corolla „alba, tubo flavido" (Wr.): lobis elliptico-oblongis obtusis tubo duplo brevioribus, stigmate ovoideo.

7. Schultesia stenophylla Mart. (Wr. 2981).

8. Schultesia heterophylla Miq. (Wr. 2980).

9. Lisyanthus thamnoides Gr. Fl. p. 424 (Wr. 1347).

10. Zonanthus cubensis Gr. pl. Wr. p. 521 (Wr. 1346). E.

11. Leianthus longifolius Gr. var. *gracilis* Gr. Fl. p. 424 (Wr. 413; *Lisyanthus glandulosus* Rich. t. 58).

12. Leianthus silenifolius Gr. annuus, erectus, caule (2' alto) cylindrico laevi a medio in ramos flaccidos cyma terminatos diviso, foliis basi latiuscula subconnata sessilibus oblongo-lanceolatis acutis, inferioribus (5''—4'' longis) supra basin rotundato-dilatatis, superioribus abruptim decrescentibus remotiusculis, cymis 3-multifloris corymbiformibus: pedicellis

calyci subaequilongis, calyce profunde 5fido (3‴ longo): lobis ovato-lanceolatis dorso planiusculis exalatis, corolla (10‴—12‴ longa) clavata: tubo lobis ovatis acutis quinquies longiori stamina subaequante. — Affinis *L. longifolio.* — Cuba occ. (Wr.). E.

13. Voyria uniflora Lam. (Wr. 2982).

14. Voyria pallida Garck. (Wr. 415, 1373).

15. Voyria (Leiphaimos) brachyloba Gr. caule debili simplici unifloro, squamis subsolitariis alternis, calyce 5fido corolla multo breviori: lobis lanceolato-acuminatis, corolla „purpurascente" (6‴ longa): tubo cylindrico medio demum inflato lobis ellipticis obtusis (vix 1‴ longis) sexies fere longiori, ovario stipitato, glandulis nullis. — Cuba or. (Wr. 2984). E.

16. Voyria (Leiphaimos) disadenantha Gr. caule debili simplici unifloro, squamis subsolitariis alternis, calyce 5fido corolla quater breviori: lobis lineari-acuminatis, corolla „coeruleo-purpurea" (6‴ longa): tubo campanulato-cylindrico supra medium intus glandulis 2 stipitatis instructo lobis oblongo-linearibus fere sexies longiori, ovario breviter stipitato. — Affinis *V. flavescenti* Gr., differt situ et forma glandularum, colore floris et ovario stipitato. — Cuba or., in sylvis densis inter folia dejecta in mt. Libano (Wr. 2983). E.

17. Voyria mexicana Gr. Gent. p. 208 (Wr. 2985: „corolla albida, rubro-tincta").

18. Limnanthemum Humboldtianum Gr. Gent. p. 347 (Wr. 2986); var. *parvifolium* Gr. l. c. (Wr. 2987).

19. Limnanthemum (Nymphaeanthe) Grayanum Gr. foliis cordato-orbiculatis (5″—2″ diam.) supra laeviusculis subtus glanduliferis obsolete palmatinerviis, calycis segmentis lanceolatis corollam dimidiam superantibus capsulam subaequantibus, corolla „lutea" (5‴ longa): segmentis superne intus pilosis margineque fimbriatis basi coronula fimbriarum „purpurea" auctis eglandulosis (glandulis hypogynis majusculis), stylo elongato: stigmate bilobo, capsula polysperma, seminibus compresso-orbiculatis muricato-asperis. — Cuba occ., in stagnis pr. Los Reniales (Wr. 2988). E.

CVII. SCROPHULARINEAE.

1. Buddleja americana L. (Rug. 726; Wr. 1297).

2. Scoparia dulcis L. (Poepp.; Rug. 22; Wr. „376, 377").

3. Capraria biflora L. (Rug. 282; Wr. 375).

4. Buchnera elongata Sw. (Poepp.; Wr. 2989).

5. Buchnera „americana L.“ (Rich.)

6. Gerardia purpurea L. (Wr. a. 1865: in savanis Cubae occ. pr. Hanabana, cum speciminibus texanis conveniens).

7. Gerardia hispidula Mart. Wr. 2990).

8. Gerardia domingensis Spr. (Wr. 2991: „flos albus“).

9. Stemodia maritima L. (Lind. 1853; Wr. „2992“).

10. Stemodia durantifolia Sw. (Wr. 1639).

11. Stemodia parviflora Ait. (Wr. 374).

12. Stemodia radicans Gr. caule filiformi radicante ramoso angulato glanduloso-puberulo v. glabriusculo, foliis oppositis ovatis v. ovato-subrotundis (2‴—4‴ longis) pauci crenato-serratis glabriusculis subtus glanduloso-punctatis brevissime petiolatis, floribus axillaribus pedicellatis: pedicello ebracteolato folium subaequante, calyce 5partito: segmentis lanceolato-acuminatis aequalibus corolla paullo superatis (1‴ longis), corolla „alba“ profunde bilabiata: labio superiori emarginato v. bifido, inferiori trilobo: lobis oblongis, antherarum loculis approximatis oblongis parallelis v. subdivergentibus, stigmate minuto oblique dilatato, capsula loculicida, demum 4valvi. — Species antheris et capsula initio loculicida anomala, ad Conobeam vergens, tamen ex habitu nano *St. parviflorae* Ait. congener videtur; stamina 4, subaequalia, inclusa; capsula ovoidea, calyce inclusa, stylo filiformi prominulo: dissepimento valvis contrario, seminibus subglobosis sulcato-striatis. — Cuba occ. (Wr. 3006), in savanis pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

13. Herpestis chamaedryoides Kth. (Rug. 670; Wr. „3002“).

14. Herpestis sessiliflora Benth. (Wr. 2994).

15. Herpestis Beccabunga Gr. Euherpestis, caule brevi (3″—6″ longo) erectiusculo e nodis radicante superne sparsim lineato-pilosulo, foliis oblongo-lanceolatis apice attenuato obtusiusculis basi obsolete multinervi semiamplexicauli-sessilibus superne serratis glabris (8‴ longis, 3‴ latis), pedicellis axillaribus brevissimis calyce brevioribus, calyce (1½‴ longo): segmentis latioribus ovatis, postico latiori obtuso punctato paucinervi, lateralibus lanceolatis, corolla calycem subaequante, antherarum utriusque paris loculis subrotundis. — Affinis *H. repenti Cham. Schl.*, sed folia majora, serrata; habitus Gratiolae. — Cuba or. (Wr. 2995). E.

16. Herpestis repens Cham. Schl. (Wr. 2996); var. *multistriata* Wr. (Wr. 2995: forma caule diffuso glabriusculo, calycis segmento postico exquisite reticulato-nervoso, staminibus 2).

17. Herpestis „obovata Poepp." (Poepp.). E.

18. Herpestis rotundifolia Pursh. (Wr. 2997).

19. Herpestis reflexa Benth. (Wr. 2998).

20. Herpestis Monnieria Kth. (Wr. 3000).

21. Herpestis Micromonnieria Gr. Bramia, glabra, pusilla, caule diffuso prostrato radicante folioso, foliis minutis ($1'''$—$1^{1}/_{2}'''$ longis) rotundato-obovatis subenerviis integerrimis in petiolum attenuatis, pedicellis exsertis apice bibracteolatis: bracteolis subrotundis calyce duplo brevioribus, calycis segmentis latioribus ovatis obtusis, lateralibus lanceolatis, corolla calycem duplo superante ($2'''$ longa): labio superiori profunde bifido, lobis omnibus obovato-subrotundis, antherarum utriusque paris loculis semiglobosis approximatis, stigmate capitato subintegro. — Proxima *H. Monnieriae* Kth., sed foliis minutis petiolatis, corolla minori et antheris globosis differt. — Cuba occ. (Wr. 2999). E.

22. Herpestis humifusa Gr. Bramia, caule prostrato vage radicante substrigoso-pubescente v. glabrescente, foliis ovatis obtusis subsessilibus palmatinerviis integerrimis v. obsolete serratis ($8'''$—$3'''$ longis: scilicet ramulorum minoribus), junioribus praesertim ad marginem substrigoso-pubescentibus, floribus (siccis coeruleis) breviter pedicellatis: pedicellis calyce vulgo brevioribus ebracteolatis, calycis segmentis latioribus ovato-oblongis oblongisque obtusis, lateralibus oblongo-linearibus, omnibus nervosis rigidulis pubescentibus, corolla ($6'''$ longa) calycem 4plo superante: tubo angusto clavato-filiformi puberulo limbum subaequalem patentem 4plo superante: lobis subrotundis, antherarum utriusque paris loculis subglobosis sejuncto-parallelis, stigmate capitato-infundibuliformi. — Habitu Erini v. Hemiphragmatis a genere valde recedit, sed characteres distinctivos frustra quaesivi; capsula bilocularis, seminibus innumeris striatis. — Cuba occ. (Wr. 3001). E.

23. Ilysanthes gratioloides Benth. (Wr. 3004: forma corolla breviori).

24. Micranthemum orbiculatum Mich. (Wr. 3012).

Micranthemi sect. nov. *Micropeplidium*. Calyx profunde 5fidus. Stigma biglobosum.

M. orbiculato Mich. (sect. Eumicranthemi) calyx 4partitus, stigma subintegrum et corollae lobi integri; habitus idem.

25. MICRANTHEMUM (*Micropeplidium*) ROTUNDATUM Wr. foliis obovato-subrotundis in petiolum brevem contractis (1‴ longis), pedicellis exsertis filiformibus, calycis segmentis lanceolato-acuminatis corollam includentibus, corollae labio superiori bifido: lobulis acute bidentatis, inferiori majori trilobo: lobo medio laterales superante emarginato, filamentis brevibus recurvis appendice oblonga glandulosa ipsis aequilonga ad basin auctis: antherae loculis sejunctis ovoideis, styli cruribus brevissimis divaricatis. — Corolla „alba“ (Wr.), minuta. — Cuba occ., in ripa fluminis Portales (Wr. 3016). E.

ENCOPA nov. gen. (juxta Hemianthum inserendum).

Calyx 4partitus. Corolla postice fissa, labio superiori ad lobulos minutos laterales reducto, inferiori exserto 3partito, segmentis obverse deltoideis antice dentato-excisis, medio subbifido. Stamina fertilia 2, antica, brevia, distincta, incurvo-conniventia, antheris reniformibus, loculis confluis; rudimenta staminum posticorum glandulosa, clavata, integra, extrorsum curvata. Stylus filiformis, stigmate breviter bifido. Ovarium subglobosum, 2loculare, loculis multiovulatis. — Herba glabra, tenuis, erecta, gracilis, palmaris, subsimplex, v. superne parce ramosa, inferne e nodis radicans, palustris, habitu *Alsines tenuifoliae; folia terna oppositaque, linearia*, sessilia, integerrima; pedicelli capillares, patentes, ex superioribus axillis oppositi alternique, in corymbum patulum pauciflorum dispositi.

26. ENCOPA TENUIFOLIA Gr. Caulis inferne limo (v. aquae) immersus, radicibus adventiciis verticillatis capillaceo-divisis; folia angustissima, acutiuscula (4‴—2‴ longa); pedicelli 6‴—8‴ (—4‴) longi; calycis segmenta ovato-lanceolata, acuta; corolla (sicca rubescens), pulchre dentata, vix 2‴ longa, calycem duplo superans, labio plane exserto patente, segmentis versus basin contractis; genitalia subinclusa, staminibus fertilibus infra faucem insertis, sterilibus paullo altius. — Cuba occ. (Wr. 3005). E.

27. HEMIANTHUS MICRANTHEMOIDES Nutt. (Wr. 3007).

28. HEMIANTHUS PUNCTATUS Wr. foliis minutis (1‴ longis) obovatis obtusis sessilibus pedicellum paullo excedentibus, corollae labio trifido: lobis oblongis obtusis, medio sesquilongiori, filamentis brevibus anthera subduplo longioribus ramo glanduloso aequilongo ad basin auctis, styli ramis clavatis. — Cuba occ. (Wr. 3011). E.

29. HEMIANTHUS EROSUS Wr. foliis minutis ($^1/_2$‴ longis)

anguste spathulatis subsessilibus pedicellum subaequantibus, corollae labio trifido: lobis oblongis apice eroso-dentatis obtusis, medio sesquilongiori, filamentis patenti-exsertis anthera triplo longioribus dente angusto ipsis aequilongo e basi auctis. — Cuba occ. (Wr. 3010). E.

30. Hemianthus trisetosus Wr. foliis minutis ($^1/_2{}'''$—$^3/_4{}'''$ longis) spathulato-oblongis subsessilibus florem breviter pedicellatum subaequantibus, calycis dentibus apice trisetulosis, corollae labio trifido: lobis oblongis obtusis, medio sesquilongiori, filamentis anthera subduplo longioribus ramo glanduloso paullo ipsis breviori ad basin auctis. — „Corolla alba“ (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3013). E.

31. Hemianthus elatinoides Gr. foliis minutis ($^3/_4{}'''$—$1'''$ longis) spathulato-oblongis subsessilibus pedicellum superantibus, corollae labio trifido: lobis oblongo-lanceolatis acuminatis, medio sesquilongiori; filamentis patenti-exsertis anthera triplo longioribus ramo glanduloso parum v. vix ipsis breviori ad basin auctis. — Habitus Elatines Hydropiperis; corolla „alba“ (Wr.). — Cuba occ., in rupibus rivulorum, S. Sebastian (Wr. 3009). E.

32. Hemianthus callitrichoides Gr. Pl. Wr. p. 522 (Wr. 378, 378 a.). E.

33. Hemianthus adenander Wr. foliis minutis ($^1/_2{}'''$—$1'''$ longis) spathulatis subsessilibus pedicellum subaequantibus, corollae labio trifido: lobis oblongo-linearibus acutiusculis, medio sesquilongiori, filamentis inferne glandulosis superne nudiusculis supra medium dente minuto auctis, supra dentem recurvo-exsertis. — Corolla „alba“ (Wr.), brevior quam in affinibus. — Cuba occ., in rupibus juxta aquam fluminis S. Cruz (Wr. 3008). E.

34. Hemianthus multiflorus Wr. foliis minutis ($^1/_2{}'''$—$^3/_4{}'''$ longis) spathulato-oblongis subsessilibus florem breviter pedicellatum subaequantibus, calyce ad medium usque 4fido, demum fisso, corollae labio trifido: lobis acutiusculis, lateralibus ovatis, medio oblongo plus duplo longiori, filamentis basi nudis sub apice dente angusto auctis, stylo profunde bifido. — Cuba occ. (Wr. 3011 a.). E.

Conspectus specierum Euhemianthi.

Appendix filamentorum basilaris, oblonga, glandulosa, filamento ipsi aequilonga v. paullo brevior.

Corollae lobus medius lateralibus multo longior.

H. micranthemoides.

— — — — sesquilongior.

Corollae lobi obtusi.
Pedicelli folio obovato paullo superati. *H. punctatus.*
— breves, folio spathulato-oblongo florem subaequante . . . *H. trisetosus.*
Corollae lobi acuminati . . . . . *H. elatinoides.*
Appendix filamentorum basilaris, dentiformis.
Dens filamentum ipsum aequans . . . *H. erosus.*
— minutus . . . . *H. callitrichoides.*
Appendix filamento ad medium inserta, glandulosa . . . . *H. adenander.*
Appendix filamento sub apice inserta, dentiformis . . . . *H. multiflorus.*

Hemianthi sect. nov. *Hemiolanthus.* Calyx ad medium 4—5fidus. Corollae labium superius breve, obtusum „v. emarginatum". — Folia angusta.

Ceteris speciebus (sect. Euhemianthi) calycis tubus fissus, plerumque 4dentatus et corollae labium superius obsoletum. — In observatione de Hemiantho in pl. Wr. p. 522 sphalmate gravi typographico genus *a* Micanthemo sejungendum esse legitur: verum *cum* Micranthemo parum distincto ad Sibthorpieas ex mea sententia transponendum est.

35. Hemianthus (Hemiolanthus) reflexus Wr. caule pilosiusculo, foliis patulis anguste spathulato-linearibus acutis (1‴ longis), pedicellis folium subaequantibus, corollae labio superiori calycem aequante integro obtuso v. „emarginato", inferiori duplo longiori trilobo: lobis oblongis obtusis, medio lateralibus duplo longiori, filamentis ramo lineari glanduloso ipsis paullo breviori ad basin auctis. — Cuba occ., caespitose ad margines lagunarum (Wr. 3014). E.

Amphiolanthus nov. gen. (juxta Amphianthum inserendum).

Calyx 5partitus. Corolla tubo brevi rotata, limbo inaequali 5partito tubum multo superante, segmentis sursum decrescentibus. Stamina 2, antica, corollae fauci inserta, sterilia nulla; filamenta basi minutissime appendiculata; antherae biloculares, loculis globosis, sejunctis. Stylus filiformis, apice breviter bifidus. Capsula globosa, membranacea, oligosperma, valvis a septo incompleto libero sursum incrassato secedentibus. — Herbae pusillae, habitu Hemianthi, diffusae, dense caespitosae, glabrae; folia opposita, minuta; pedicelli uniflori, axillares; flores minuti.

36. Amphiolanthus bryoides Gr. foliis spathulatis obtusis basi attenuatis uninerviis ($^1/_2$‴—$^3/_4$‴ longis), pedicellis

exsertis, calycis segmentis lanceolatis acutiusculis, corollae segmentis ovatis acutiusculis, inferiori calycem duplo excedente, 2 superioribus vix exsertis, stigmate bigloboso. — Cuba occ., inter Scirpos minutos crescens (Wr. 3015). E.

37. Amphiolanthus arenarioides Gr. foliis ellipticis acutis in petiolum brevem contractis ($^3/_4$'''—1''' longis), pedicellis folium subaequantibus, calycis segmentis linearibus acutis „corollam superantibus" ($^1/_2$''' longis), „stigmate bifido". — Corolla „alba, inaequaliter 5loba" (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3017). E.

38. Russelia sarmentosa Jacq. (Greene pl. havan.)

Synapsis Gr. (nov. gen., Pentstemoni affine sec. cl. Bentham in literis).

Calyx clausus, demum breviter campanulatus, ore truncatus v. obsolete 5denticulatus. Corolla tubo clavato-campanulato, lobis 5 expansis subaequalibus imbricativis. Stamina tubo corollae inferne inserta, didynama, quinto sterili: antherae loculi distinčti, ovato-oblongi, divergenti-penduli. Ovarium superum, biloculare, placentis centralibus bilamellatis multiovulatis: stigma capitatum apice divergenti-bicuspidatum stylo elongato impositum. Fructus . . . — Arbor glabra, foliis oppositis sinuato-spinosis rigidis, petiolis basi articulatis; corymbi axillares pauci-2flori.

Genus habitu mire Desfontaineae, pluribus notis quoque Schlegeliae accedit, sed placentis medio cohaerentibus atque ita e centro multiovulatis (ovario etiam juniori biloculari) vera est Scrophularinea, heteroclita foliis Ilicis et stigmatis segmentis subuliformibus, novo nexu familiam et cum Desfontainea et cum Bignoniaceis connectens.

39. Synapsis ilicifolia Gr. Folia rigida (2''—3'' longa, $1^1/_2$'' lata) ovali-oblonga margine crassiusculo grosse sinuato-spinosa basi subtruncata breviter petiolata reticulato-venosa supra nitentia, dentibus in spinam abeuntibus 11—13; pedicelli (4'''—6''' longi) calyce duplo fere longiores, infra medium articulati, superne clavato-incrassati; corollae (1'' longae) tubus clavato-campanulatus, lobis brevibus subrotundis, staminibus inclusis. — Cuba or. (Wr. 3186). E.

40. Scrophularia micrantha Desv. (Wr. 372, 1345).

41. Angelonia salicarifolia Bonpl. (W. 3019).

42. Angelonia angustifolia Benth. (Wr. 3018).

CVIII. SOLANEAE.

1. Schwenkia americana L. (W. 3020).

2. Schwenkia adscendens Kth. (Wr. 373).

3. Brunfelsia americana Sw.

4. Brunfelsia nitida Benth. (Wr. a. 1865: forma foliis elliptico-lanceolatis; *B. parvifolia* Rich.).

5. Brunfelsia sinuata Rich. t. 66 (Wr. 3021). E.

6. Brunfelsia purpurea Gr. Pl. Wr. p. 523 (Wr. 393). E.

7. Brunfelsia vinciflora Gr. l. c. (Wr. 394, 1349). E.

8. Brunfelsia „cestroides Rich.“ (Rich.: descriptio a *B. vinciflora* „corolla albida, capsula pisiformi non carnosa, foliis subtus punctatis“ recedit). E.

9. Solandra „grandiflora Sw.“ (*S. nitida* Zucc. ap. Rich.)

10. Solandra longiflora Tuss. (Rug. 790; Wr. 1348).

11. Datura suaveolens Humb. Bonpl. (Wr. 1641).

12. Datura „Metel L.“ (Rich.)

13. Datura „fastuosa L.“ * (Rich.)

14. Datura „Stramonium L.“ (Rich.)

15. Datura „ceratocaula Ort.“ (Rich.)

16. Nicotiana „repanda W.“ (Rich.)

17. Lycium acnistoides Gr. spinescens, foliis ad fasciculum multiflorum solitariis ovalibus v. elliptico-oblongis obtusiusculis v. subacutis in petiolum attenuatis (1″—2″ longis) subtus pubescentibus v. superne glabrescentibus, pedicellis calyci subaequilongis petiolisque pubescentibus, calyce breviter campanulato inaequaliter in dentes lobosque triangulares diviso, corolla extus glabra ad $^1/_3$ 5loba: tubo infundibulari calycem 2—3plo superante: lobis ovato-oblongis reflexo-expansis, staminibus inferne pilosis exsertis curvatis stylo aequilongis. — Cuba or (Wr. 3033). E.

18. Physalis „pubescens L.“ (Rich.)

19. Physalis Linkiana Ns. (Greene pl. havan.; Wr. a. 1865).

20. Capsicum baccatum L. (Wr. 384; *C. conoides* Rich. ex ic. Sl.)

21. Capsicum „pendulum W. var. *havanense* Kth. (Rich.)

22. Solanum (Megaloporus) „nigrum L.“ (*S. pterocaulum* Dun. ap. Rich.)

23. Solanum (Megaloporus) nodiflorum Jacq. (Wr. 383).

24. Solanum (Megaloporus) boldoense A. DC. (Rug.

3612 Physalis

145; Wr. 381, 3082; *S. cardiophyllum* Dun., non Lindl.; *S. scandens* Rich. ex descr.). E.

25. Solanum (Megaloporus) triste Jacq. (*S. nudum* Kth.; Rug. 375; Wr. 388).

26. Solanum „indecorum Rich." (Rich.). E.

27. Solanum (Plagioporus) „Radula V." (Rich.)

28. Solanum (Plagioporus) „asperum V." (Dunal).

29. Solanum (Plagioporus) callicarpifolium Kth. (Wr. 379).

30. Solanum (Plagioporus) „Edwardi Kth." (Otto). E.

31. Solanum (Plagioporus) verbascifolium L. (Poepp. pl. cub.; Rug. 717; Wr. 3031).

32. Solanum (Plagioporus) fragile Wr. fruticosum, ramis pube sessili-stellata argenteis, foliis saepe geminis, majoribus (4″—5″ longis) ovatis acutis basi subcordato-rotundata brevissime petiolatis supra virentibus et pube remota punctatis, subtus pube stellata adpressa glaucescenti-niveis, minoribus obtusiusculis: venis arcuatis supra impressis subtus prominentibus, cymis lateralibus pedunculatis multifloris, floribus parvis stellato-tomentosis, calyce 5crenato corollam dimidiam aequante, corolla (3‴—4‴ diam.) 5fida: lobis ovato-rotundatis, antheris breviter oblongis: poris transversis, bacca globosa. — Affine videtur *S. Schlechtendaliano* Wp.; „lignum fragile" (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3024). E.

33. Solanum (Microporus) havanense Jacq. (Rich.); var. *vaccinifolium* Dun. (Rug. 144; Wr. 3025).

34. Solanum (Microporus) lentum Cav. (Rug. 842; Wr. 3026; *S. affine* Dun.)

35. Solanum (Microporus) virgatum Lam., Dun. (Wr. 385; *S. radiatum* Sendtn.)

36. Solanum (Leptostemon) „igneum L." (Dun.)

37. Solanum (Leptostemon) bahamense L. (Wr. 3027).

38. Solanum (Leptostemon) Aquartia Dun. (Wr. 1642).

39. Solanum (Leptostemon) crotonoides Lam. (Wr. 382).

40. Solonum (Leptostemon) „Sagraeanum Rich." t. 62 (Rich.). E.

41. Solanum (Leptostemon) scabrum V. var. (Wr. 3028).

42. Solanum (Leptostemon) jamaicense Sw. (Wr. 380; *S. cuneifolium* Dun. ap. Rich. ex ic. Sl.)

43. Solanum (Leptostemon) torvum Sw. (Rug. 240, Wr. 1350: S. *incluso* affine As. Gr. in Pl. Wr. p. 523).

44. Solanum (Leptostemon) inclusum Gr. (Linden 1986, 2002: *S. Aquartia* Rich., non Dun.)

45. Solanum (Leptostemon) aculeatissimum Jacq. (Rug. 294; Wr. 3029).

46. Solanum (Leptostemon) latifolium Poir. (Wr. 3030).

47. Solanum (Melongena) chamaeacanthum Gr. herbaceum, prostratum, virens, parce stellato-puberulum, undique armatum: aculeis rectis setaceis flavicantibus (2‴ longis) sparsis a caule ad foliorum faciem et calycem extensis, foliis remotiusculis spathulato-oblongis v. oblongis (1″ — $1^1/_2$″ longis) leviter sinuato-pinnatifidis apice subtruncatis basi breviter attenuata subsessilibus: lobulis utrinque 4—6 deltoideis, pedunculis lateralibus unifloris folio subbrevioribus, calyce 5fido corollae tubum subaequante: lobis ovatis acutis, corolla (10‴ diam.) „alba" ultra medium 5fida extus puberula: lobis ovato-lanceolatis obtusiusculis, antheris oblongo-lanceolatis aequalibus (3‴ fere longis) stylo apice incurvo duplo superatis. — Cuba occ., in savanis pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

48. Cestrum tinctorium Jacq. (Wr. 3032: *C. pallido* Lam. proximum, sed pedicelli brevissimi).

49. Cestrum macrophyllum Vent. (Greene pl. havan.; „Wr. 387 ex parte").

50. Cestrum hirtum Sw. (Wr. 386; *C. ferrugineum* Rich. ex descr.; *C. Moquinianum* Dun. ?).

51. Cestrum laurifolium l'Hér. (Rug. 94; Wr. 1352).

52. Cestrum nocturnum L. (Poepp. pl. cub.)

53. Cestrum daphnoides Gr. pl. Wr. p. 524 (Wr. 1351; *C. album* Ferrer. ?).

54. Cestrum diurnum L. (Rug. 74; „Wr. 387" ex parte sec. As. Gr.; Dun.; *C. fastigiatum* Jacq.)

Goetzea Wydl. (char. emendat.)

Calyx campanulatus, 5—6dentatus. Corolla tubuloso-campanulata, limbo 5—6lobo valvari basi leviter imbricativo. Stamina corollae tubo inferne inserta, exserta 6—5, vel fertilia 4, didynama (accedentibus 1—2 ananthereis), antheris in gemma inflexis, demum erectis bilocularibus, loculis parallelis. *Ovarium superum*, disco cupulari hypogyno cinctum, biloculare, loculis 3—4ovulatis, ovulis placentatione centrali adscendentibus superimpositis, unico fertili: stylus simplex, indivisus, stigmate capitato vertice sulcato. Bacca bilocularis, loculis monospermis; semen erectum, „exalbuminosum, radicula brevi". — Frutices, pube sericea in corollis persistente ferruginea, foliis alternis integerrimis petiolatis, inflorescentia axillari.

35. Goetzea amoena Gr. foliis spathulatis obovatisque obtusis basi cuneatis glabrescentibus, pedicellis solitariis unifloris lateralibus, calycis dentibus triangularibus inaequalibus tubo brevioribus, corolla inaequali (6‴ longa), staminibus fertilibus 4 didynamis, stigmate capitato. — *Espadaea* Rich. cub. t. 65. — Cuba (Wr. 3185). E.

Obs. *G. elegans* Wydl. (Linnaea, 5 t. 8) „foliis ellipticis acutis, pedicellis in corymbos paucifloros terminales v. laterales dispositis, calycis dentibus lanceolatis acuminatis tubum subaequantibus, corolla regulari (fere 1″ longa), staminibus 6 fertilibus aequalibus, stigmate bilobo". — Portorico.

CIX. BIGNONIACEAE.

1. Crescentia Cujete L. (Rug. 663; Wr. 361 a; *C. acuminata* Kth.)

2. Crescentia cucurbitina L. (Wr. 361).

3. Schlegelia parasitica Mrs. (*Tanaecium* Sw.; Wr. 434 ex parte?, sec. Seem.)

4. Schlegelia brachyantha Gr. foliis ovalibus v. ovali-oblongis rotundato-obtusis, fasciculis paucifloris: pedicellis calyce multo longioribus petiolum subaequantibus superne articulatis supra basin minute bibracteolatis, calyce breviter campanulato truncato ($1''' - 1^{1}/_{2}'''$ longo) corollae tubo 4—6plo breviori, corollae tubo (6‴ longo) supra basin calyci aequalem campanulato: lobis subrotundis, staminibus breviter exsertis, antherae loculis oblongis obtusis approximato-parallelis, bacca globosa (6‴—8‴ diam.). — Corolla duplo minori et ejus basi cylindrica e calice non exserta a *S. parasitica* Mrs. inprimis dignoscitur: genus, a cl. Seemann cum Tanaecio, quamquam calyx Schlegeliae quoque in gemma clausus est, conjunctum, habitu et corollae forma adhuc distinguo, fructu Tanaecii mihi non obvio. — Cuba or., pr. Monteverde (Wr. 434 collect. 1859). E.

5. Jacaranda Sagraeana DC. (Rug. 866; Wr. 360; *Tanaecium paniculatum* Sieb. mart. 81 [ex parte] in herbar. Sond., non in aliis collectionibus, ubi recte monente cl. Seemann Arabidea).

6. Jacaranda bahamensis R. Br. (Wr. 3034: corolla quam in praecedente major, puberula, sed specimina fructu carentia, haud certa).

Catalpa sect. Macrocatalpa.

Semina exalata, linearia, utrinque acuminata, pappo (ad

modum Echitis) cincta v. utrinque terminata. — Folia basi trinervia. Species Indiae occidentalis, (ex descr.) nonnisi staminibus fertilibus 2 et calyce (juniori clauso) demum profunde bilabiato ab Astiantho Don recedentes.

7. Catalpa punctata Gr. Macrocatalpa, foliis (2″—3″ longis) ovali-oblongis utrinque rotundato-obtusis integerrimis subtus scrobiculato-punctatis, paniculis terminalibus et axillaribus paucifloris folium subaequantibus, calycis labiis repando-integerrimis rotundatis, corolla . . ., capsula filiformi ultrapedali, seminibus pappo longo aequaliter cinctis;

α. foliis glabris. — Syn. *Echites macrocarpa* Rich.: ex descr. forma „foliis ternatim verticillatis". — „Arbor humilis" (Wr.). — Cuba or. (Wr. 3035);

β. *pubescens*, foliis subtus villoso-pubescentibus. — Corolla „lutea et fuscopurpureo-variegata", pollicaris, calycem multo superans. — Cuba or., pr. Bayamo (Wr. 3036). E.

8. Catalpa purpurea Gr. Macrocatalpa, foliis (4″—2″ longis) ovali-oblongis oblongisque utrinque rotundato-obtusis repandis supra glabris et remote squamuloso-punctatis subtus pilosiusculis et reticulo venarum densissimo prominulo lacunoso-rugosis: petiolo ramulisque puberulis, paniculis terminalibus et axillaribus paucifloris folium subaequantibus, calycis labiis squamulosis integris mucronato-obtusiusculis, corolla „purpurea", capsula . . . — Cum ceteris convenit calyce juniori clauso et corolla ventricoso-campanulata (1″ longa); „arbor" (Wr.). — Cuba or. (Wr. 3037). E.

9. Tecoma (Tabebuia) myrtifolia Gr. Pl. Wr. p. 524 (Rug. 612, 863). E.

10. Tecoma (Tabebuia) trachycarpa Gr. tortuosa, glabra, ramulis sublepidotis, foliis simplicibus fasciculatis oppositisque (10‴—4‴ longis) rigidis spathulato-oblongis obovatisque obtusis v. emarginatis brevissime petiolatis integerrimis utrinque minute reticulato-venosis lepidoto-squamulosis: squamulis minutissimis sparsis v. venulas subtus obducentibus in pagina folii superiori evanidis, fasciculis paucifloris, calyce lepidoto inaequaliter 3—5dentato v. breviter bilabiato corolla quadruplo breviori, corolla (1½″ longa) glabra infundibulari-campanulata stamina duplo superante, antherae loculis oblongis strictis: altero erecto, altero pendulo, capsula arcuato-lineari acuta: valvis ecarinatis saepe muricato-asperis lacunoso-rugosis. — Syn. *Bignonia microphylla* Rich. cub. ex descr. (an Lam.?). — Cuba or. (Wr. 3039), occ., in savanis pr. Ha-

nabana (Wr. a. 1865: „frutex 8—1pedalis, corolla laete purpurea"). E.

11. Tecoma (Tabebuia) lepidophylla Gr. (*Bignonia* Rich. t. 59; Wr. 1341 coll. a. 1863); var. *reticulata*, foliis subtus reticulatis candidis: venis supra impressis (*T. lepidophylla* pl. Wr. p. 524; Wr. 1341 coll. a. 1859). E.

12. Tecoma (Tabebuia) setulosa Gr. tortuosa, ramulis tomentosis et pube setulosa incurva hispidulis, foliis simplicibus sparsis ($1^1/_2''$—$^1/_2''$ longis) ovali-oblongis spathulatisque rotundato-obtusis petiolatis margine planis integerrimis supra pube basi in squamulas dilatata cinereo-pulverulentis subtus tomento lepidoto candicantibus, corymbis paucifloris, calyce (5‴ longo) lepidoto et setuloso tubuloso-campanulato inaequaliter 5dentato corolla plus duplo breviori, corolla (1″ longa) pubescente clavata stamina paullo superante, antherae loculis oblongis strictis: altero erecto, altero pendulo, stigmatis lamellis angustis, capsula . . . — Affinis *T. lepidophyllae* videtur; calyx nonnunquam post anthesin (monstrositate?) inflatus, fructum lignosum abortivum includens. — Cuba or. (Wr. 3040). E.

13. Tecoma (Tabebuia) „lepidota DC." (Humb., Rich.). E.

14. Tecoma (Tabebuia) Leucoxylon Mart. (Wr. 1339; 3043: forma foliolis latioribus; *T. heptaphylla* Rich.: forma foliolis septenatis, inter Wr. 1339 obvia; var. *reticulata*, foliis subtus reticulato-venosis minus lepidotis: venis primariis demum supra impressis subtus prominulis (Wr. 1338; 3041: forma „fruticosa v. arborem parvam constituens", corolla breviori, $1^1/_2''$ longa).

15. Tecoma (Tabebuia) pentaphylla DC. (Rug. 862 b; Wr. 3042: forma corolla breviori, 2″ longa; *T. Leucoxylon* Rich., non Mart., ex Lind. 1989).

16. Tecoma (Tabebuia) bibracteolata Gr. ramulis petiolisque pube breviter stellata stipitata rufescentibus, foliis pinnatim trifoliolatis supra squamuloso-glabris (squamulis minutis distinctis) subtus glauco-lepidotis et pilosiusculo-pulverulentis reticulato-venosis: foliolis (3″—2″ longis) ovali-oblongis obtusis integerrimis: terminali longe, lateralibus iisque brevioribus brevissime petiolulatis, cymis dichotomis paucifloris, calyce bracteolis 2 elongatis lineari-acuminatis suffulto saepeque superato tubuloso-campanulato rufo-villosulo: labiis brevibus: superiori ovato-subrotundo mucronato, inferiori breviori bipartito, corolla (2″ longa) calyce ter longiori glabra stamina multo superante, antherae loculis oblongo-linearibus

strictis, capsula (3″ longa) lineari-acuminata pubescente: valvis obsolete carinatis, seminibus alae aequilatis. — Cuba or. (Wr.). E.

17. Tecoma (Tabebuia) haemantha Gr. (*Tabebuia* DC. ex descr.; Wr. 3047).

18. Tecoma (Tabebuia) spiralis Wr. glabra, ramis petiolisque squamuloso-pulverulentis, foliis trifoliolatis rigidis lucidis squamulis parum adspersis (iisque minutis distantibus) utrinque reticulato-venosis: foliolis (2″—1½″ longis) ovalibus v. obovatis utrinque obtusis supra medium obtuse serratis: omnibus petiolulatis, lateralibus brevioribus, pedunculis axillaribus unifloris, calyce (4‴—6‴ longo) campanulato apice obtuse et inaequaliter 3lobo, corolla . . ., capsula filiformi teretiuscula longitudinaliter substriata flexuoso-subspirali (8″ longa), seminibus parvis alae aequilatis (1‴ diam. longitudinali, ala inclusa 5‴ latis). — Cuba or., pr. Rio Toro (Wr. 3038). E.

19. Tecoma (Tabebuia) actinophylla Gr. glabra v. ad petiolos parce pulverulenta, squamis destituta, foliis 5phyllis petiolo gracili (3″ longo) subaequilongis sublucido-chartaceis utrinque tenuissime reticulato-venosis: foliolis longiuscule petiolulatis (2″—3″ longis) ovato-lanceolatis acuminatis repando-integerrimis, corymbis pedunculatis petiolum subaequantibus paucifloris, calyce (in gemma ellipsoideo) demum campanulato apice bilabiato inaequaliter 5dentato (6‴—8‴ longo), corolla (2″ longa) infundibulari inferne angustata: lobis inciso-dentatis, staminibus e corollae tubo breviter exsertis: antherae loculis lanceolato-oblongis obtusis divergenti-pendulis, capsula . . . — Folia glabra, sed exstat pulvinar minutum pilosum in basi paginae superioris. — Cuba occ. (Wr. 3045). E.

20. Tecoma (Tabebuia) longiflora Gr. glabra v. ad petiolos parce pulverulenta, squamis destituta, foliis 5phyllis petiolo gracili rigido (4″—6″ longo) subbrevioribus opacis supra impresso-subtus reticulato-venosis: foliolis longiuscule petiolulatis elliptico-oblongis abruptim et tenuiter acuminatis (3″ longis) integerrimis, corymbo terminali paucifloro, calyce tubuloso (1″ longo) apice inaequaliter et remote 5denticulato v. fisso-labiali, corolla (8″ longa, glabra: tubo cylindrico (inferne 3‴ diam.) versus apicem infundibulari-clavato limbo expanso 5—6ies longiori: lobis palmatifido-incisis, staminibus breviter exsertis: antherae loculis oblongis obtusiusculis arcuato-divergentibus, capsula (5″ longa) lanceolato-lineari subcompressa: valvis subecarinatis, seminibus transversim ob-

longis utrinque obtusiusculis: ala flabellato-venosa loculi medio constricti latera quoque marginante. — Corollae magnitudo ut in Datura arborea, limbus pulchre incisus, etiam magis quam in affini *T. actinophylla.* — Cuba occ. (Wr. 3044). E.

21. Tecoma (Eutecoma) stans Juss. (Rug. 59; Wr.)

22. Tecoma (Eutecoma) sambucifolia Kth. (Wr. 3046). *Tecomam* (Eutecomam s. Stenolobium Don, non Benth.) *sambucifoliam* Kth., in Flora Ind. occ. p. 448 ad T. stantis formas reductam, nunc cum cl. Seemann antheris glabris et foliolis pauci-unijugis latioribus distinguo.

23. Bignonia aequinoctialis L. (Wr. 3048).

24. Bignonia Sagraeana DC. (Rug. 349; Wr. 3049; exstat quoque in coll. Ervendberg mexicana nr. 195).

25. Bignonia unguis L. (Wr. 359, 1340).

26. Bignonia gnaphalantha Rich. (Wr. 3050). E.

27. Macfadyena podopogon Gr. (*Spathodea* DC.; *Bignonia simplex* Rich.; Wr. 3052: semina quam in affini *M. corymbosa* minora, 14‴ lata, 5‴ longa). E.

28. Pithecoctenium Aubletii Splitg. (Rug. 315; Wr. 1337, 3051: *P. hexagonum* DC. ap. Rich.: forma prioris pubescens).

CX. ACANTHACEAE.

1. Elytraria tridentata V. (Wr. 3053: forma nana).

2. Ruellia geminiflora Kth. (*Dipteracanthus* Ns.; *D. nanus* Ns.); var. *canescens* Gr. Fl. p. 451 (Wr. 366).

3. Ruellia diffusa Gr. (*Dipteracanthus* Ns.; Rug. pl. matanz. 741).

4. Ruellia paniculata L. (Wr. 3054).

5. Ruellia tuberosa L. (Rug. 742; Wr. 1343; *Cryphiacanthus barbadensis* Ns.)

6. Stemonacanthus macrophyllus Ns. (Wr. 3055).

7. Hygrophila hispida Ns. (Wr. 3056; Poepp. pl. cub.)

8. Calophanes „cubensis Rich.“ (Rich.)

9. Blechum Brownei Juss. (Wr. 3057).

10. Barleria solanifolia L. (Linden, Otto pl. cub.; Wr. 3058); *β.* Ns. (Rug. 64; Wr.)

11. Barleria saturejoides Gr. fruticosa, foliis rigidis sessilibus lanceolato-acuminatis spinuloso-mucronatis integerrimis margine revolutis pubescentibus v. glabratis (8‴ — 4‴ longis): axillis vulgo rosula foliorum instructis, floribus solitariis sessilibus rosulae foliorum axillari immersis, calyce

5partito: segmentis inaequalibus lanceolato-acuminatis corollae tubo superatis, corollae tubo filiformi apice clavato (5‴—6‴ longo) lobis inaequalibus obovatis multo v. maximis duplo longiori, staminibus 4 inclusis, 2 superioribus infra apicem tubi insertis: inferiorum antheris unilocularibus, superiorum bilocularibus: loculis oblongis parallelis, stigmate obtusiusculo, capsula a basi 4sperma: seminibus compressis ciliatis. — Frutex foliosus, habitu fere juniperino. — Cuba or. (Wr. 3059). E.

12. Stenandrium rupestre Ns. (Wr. 3060).

13. Stenandrium droseroides Ns. (Wr. 3061). E.

14. Stenandrium scabrosum Ns. (Ruellia Sw.!; Wr. 1344).

15. Stenandrium punctatum Gr. subacaule, ad axin petiolosque strigosum, foliis cuneato-obovatis spathulatisque acutis integerrimis margine revolutis (1″—2″ longis) in petiolum fere aequilongum attenuatis supra glabris impresso-punctatis subtus pallidis bullatis hispidulis, scapo gracili spithameo, spica elongata angusta: floribus distantibus: bracteis subulatis (1‴ longis) calycem aequantibus. — Cuba or. (Wr. 3062). E.

16. Pachystachys coccinea Ns. (Wr. 362).

17. Thyrsacanthus „nitidus Ns.“ (Ns.)

18. Dianthera (Chiloglossa) harpochiloides Gr. glabra, *ad nodos constricta, foliis ovato-lanceolatis in acumen tenue* productis supra lineolis crassiusculis exasperatis, panicula corymbiformi terminali: floribus secus ramos breviter pedicellatis, calyce profunde 5fido: segmentis aequalibus 5 lanceolato-linearibus tenuiter acuminatis corolla triplo brevioribus, corollae ($1^{1}/_{2}$″ longae) labio superiori oblongo-lineari integro revoluto, inferiori subconformi breviter trifido circinatim recurvo tubum duplo superante staminibus aequilongo: lobis parallelis oblongis obtusis, staminibus arcuato-recurvis: antherae loculis approximatis parallelis oblongis obtusis parum inaequalibus connectivo sagittato affixis, capsula elliptica a latere compressa breviter unguiculata: seminibus utrinque binis asperis. — Cuba occ. (Wr. 3063). E.

19. Dianthera (Rhytiglossa) Sagraeana Gr. (*Rhytiglossa* Rich.; *D. obtusifolia* Gr. var. *hirsuta* Pl. Wr. p. 525: Wr. 367). E.

20. Dianthera (Rhytiglossa) Rugeliana Gr. caule diffuso spithameo basi suffruticuloso sexstriato demum cylindrico pilosiusculo v. glabrescente, foliis ovatis v. ovato-oblongis

obtusis integerrimis petiolatis (10‴—15‴ longis) supra lineolatis subtus pilosiusculo-glabrescentibus, spicis terminalibus et axillaribus: floribus distantibus, calycis segmentis 4 lineari-acuminatis bracteolas bracteasque subconformes duplo superantibus, corolla calyce sesquilongiori (3‴ longa): labiis tubo duplo brevioribus, antherarum loculis oblongis conniventi-parallelis, altero paullo altiori, altero basi mucronulato, capsula oblonga pubescente in unguem a medio contracta: seminibus echinato-pilosis: retinaculis oblongo-linearibus obtusiusculis. — Habitus *D. reptantis* Gr., sed major, erectiuscula. — Syn. *D. obtusifolia* Gr. in pl. Rugel. — Cuba bor. (Rug. 377), occ. (Wr. 3064). E.

21. Dianthera (Rhytiglossa) glandulosa Gr. caule erecto ramoso spithameo inferne suffrutescente hispidulo apice inter setas glanduloso, foliis ovato-oblongis oblongisque acutiusculis apice ipso obtusiusculis serrato-repandis v. integerrimis supra pilosis v. glabrescentibus subtus hispidulis, spicis paucifloris, superioribus in paniculam brevem tripartitam dispositis: florum paribus distantibus glandulosis, calycis segmentis 4 lanceolato-linearibus corollae tubum aequantibus bracteas bracteolasque duplo superantibus, corollae (5‴—6‴ longae) tubo campanulato labiis duplo longiori, antherarum loculis oblique distantibus divergentibus ovatis subaequilongis, altero ad basin mucronulato, capsula pubescente elliptico-oblonga a medio in unguem contracta a dorso compressa: seminibus echinulatis: retinaculis angustis acutiusculis. — Habitus *D. cayennensis* (*Rhytiglossae* Ns.), sed bracteis parvis facile dignoscitur; „flores lutei" (Wr.). — Cuba occ., in montibus S. José ad flumen S. Cruz (Wr. 3065). E.

22. Dianthera (Rhytiglossa) reptans Gr. (*Rhytiglossa* Ns.; Wr. 364).

23. Dianthera (Rhytiglossa) peploides Gr. Pl. Wr. p. 525 (Wr. 365).

24. Dianthera (Rhytiglossa) comata L. (Wr. 363; Rug. 725; *Rhytiglossa havanensis* Ns.)

25. Justicia origanoides Gr. (*Adhatoda* Ns.!: Greene pl. havan.). E.

26. Anthacanthus spinosus Ns. (Wr. 368, 369; Rug. 839).

27. Anthacanthus „microphyllus Ns." (Rich.)

28. Anthacanthus purpurascens Gr. ramulis glabrescentibus folia subaequantibus (4‴—6‴ longis), foliis cuneato-oblongis acutiusculis chartaceis, floribus subsolitariis subses-

silibus „dilute purpureis“, corollae tubo calycem quadruplo superante (6‴ fere longo): lobis duplo brevioribus ovalibus. — Cuba occ. (Wr. 3066). E.

29. Anthacanthus tetrastichus Wr. ramis hispidulo-puberulis: spinis rigidis setaceis horizontaliter patentibus folia subduplo superantibus (6‴—8‴ longis), foliis minutis obovatis v. obovato-rotundis obtusis (2‴ longis), floribus subsolitariis sessilibus „albis purpureoque-maculatis“, corollae tubo calycem 3—4plo superante (2‴ longo) lobos ovali-oblongos parum superante. — Cuba occ. (Wr. 3067). E.

30. Anthacanthus bispinosus Gr. Pl. Wr. p. 525 (Wr. 1342). E.

31. Dicliptera sexangularis Juss. (Wr. 3068).

32. Dicliptera assurgens Juss. (Rug. 61; Wr. 1638); var. *Vahliana* Ns. (Greene pl. havan., Poepp.)

33. Thunbergia fragrans Roxb. * (Wr.)

CXI. GESNEBIACEAE.

1. Bellonia spinosa L. (Wr. 370).

2. Niphaea pulchella Gr. humilis, tenera, pilis septatis pilosula, foliis longe petiolatis (2″—1″ longis) ovalibus obtusis crenato-serratis sparsim pilosis v. glabrescentibus, pedunculis axillaribus solitariis petiolum v. folium subaequantibus ascendentibus (1″—2″ longis), calycis lobis ovatis obtusis, corolla (4‴—6‴ diam.): lobis subrotundis tubo subaequilongis. — Cuba occ. (Wr. 3069). E.

3. Rytidophyllum crenulatum DC. (Rug. 701; Wr. 3070). E.

4. Rytidophyllum tomentosum Mart. (Greene pl. havan.; Wr. 356 ex parte).

5. Rytidophyllum petiolare DC. (Wr. 356 ex parte, 3071).

6. Rytidophyllum exsertum Gr. caule suffruticoso apice folioso hispidulo-pubescente, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis grosse crenato-serratis subsessilibus supra hispidulis subtus villosis (6″—12″ longis, 2″—4″ latis), pedunculis folia subaequantibus, calycis tubo campanulato-obconico lobis ovato-deltoideis acutis subaequilongo, corolla „virescente v. purpurascenti-virescente“ glanduloso-pubescente, staminibus exsertis, capsulae vertice subtruncato. — Habitus *R. tomentosi*, sed folia non rugosa, serraturis majoribus, et antherae exsertae. — Cuba occ., in rupibus umbrosis (Wr. 3070 a). E.

7. Bytidophyllum Wrightianum Gr. caule suffruticoso

apice folioso glanduloso-villoso, foliis ellipticis acutis grosse duplicato-crenato-serratis in brevem petiolum attenuatis supra hispidulis subtus villosis (5″—7″ longis, 3″ latis, pedunculis folio paullo brevioribus, calycis tubo breviter turbinato lobis ovatis acutis breviori, corolla (in sicco virescente) glanduloso-pubescente, staminibus subinclusis. — Habitus *R. petiolaris*, sed pedunculi breviores densius villosi, corymbus minus effusus, bracteae angustiores, calycis lobi latiores. — Cuba occ. (Wr.). E.

8. Duchartrea viridiflora Decs. (Linden 1702; Wr. 354). E.

9. Pentarhaphia triflora Gr. foliis lanceolatis acutis in petiolum brevem attenuatis argute serratis subtus venosis (2″—1″ longis), pedunculis trifloris apice incurvis folium aequantibus v. divisione excedentibus, calycis lobis lineari-filiformibus patulis corolla „coccinea" clavato-cylindrica parum incurva (8‴—10‴ longa) duplo brevioribus, staminibus breviter exsertis: antheris oblongis basi productis, stigmate capitato, capsula subglobosa. — Cuba or., pr. S. Andre (Wr. 3072). E.

10. Pentarhaphia incurva Gr. foliis lanceolatis acuminatis basi cuneatis breviter petiolatis argute serratis subtus juxta medianum laeviusculis (2″—1 1/2″ longis), pedunculis unifloris arcuato-incurvis gracilibus folium subaequantibus v. arcu excedentibus, calycis lobis lineari-acuminatis apice obtusiusculis erectis corolla purpurea clavato-cylindrica apice obliqua (10‴—12‴ longa) duplo brevioribus, staminibus breviter exsertis: antheris ..., stigmate clavato, capsula turbinata. — Proxima praecedenti, sed corollae limbus longior, magis obliquus. — Cuba or. (Wr. 3073). E.

11. Pentarhaphia salicifolia Gr. foliis lanceolato-oblongis acutiusculis basi obtusiusculis abruptim petiolatis minute serrulatis subtus juxta medianum venasque primarias laeviusculis (3″—2″ longis: petiolo 6‴—4‴ longo), pedunculis subtrifloris gracilibus folium subaequantibus, calycis lobis crassiusculis lineari-acuminatis apice obtusiusculis erecto-patentibus corolla clavato-cylindrica incurva (8‴—10‴ longa) duplo brevioribus, staminibus corollae limbum brevem haud superantibus: antheris oblongis. — Staminibus subinclusis character genericus amplificatur. — Cuba or. (Wr. 3074). E.

12. Pentarhaphia glandulosa Gr. ramulis dense glanduloso-villosis, foliis lanceolatis v. oblongo-lanceolatis acutis in petiolum villosum brevem attenuatis crenulatis v. integer-

rimis supra glabris subtus glandulosis venosis et ad venas rufo-pubescentibus (3″—2″ longis), pedunculis subtrifloris folium subaequantibus glanduloso-pubescentibus, calyce „rubro" glanduloso-piloso: lobis oblongo-lanceolatis acutis (3‴ longis) erecto-patentibus corolla „lutea" *glabriuscula clavato-cylindrica* parum obliqua (10‴ longa) ter superatis, staminibus brevissime exsertis: antheris solis limbum corollae superantibus oblongis, capsula hemisphaerica. — *Pube a ceteris recedit et ad Conradiam accedit; capsula nimis matura erat, quam ut ad utrum genus pertineat certe dici possit, sed habitu fruticoso et antheris exsertis Pentarhaphiae analoga est.* — Cuba or. pr. Baracoa (Wr. 3075). E.

13. Pentarhaphia verrucosa Decs. (Linden 1841; Wr. 3076). E.

14. Pentarhaphia cubensis Decs. (Linden 2076). E.

15. Conradia humilis Mart. (G. Don pl. havan.; Poepp. pl. cub.; Wr. 355).

16. Conradia celsioides Gr. suffruticosa, simplex, humilis, apice foliosa, *glabra* v. glabrescens, foliis *membranaceis* obovatis acutis superne inaequaliter serratis v. inciso-serratis breviter petiolatis (4″—6″ longis), pedunculis subtrifloris folium aequantibus v. paullo brevioribus, calycis tubo sub anthesi ecostato teretiusculo: lobis lanceolato-acuminatis corolla dimidia brevioribus, corolla flava: tubo oblique campanulato (6‴ longo) lobis rotundatis parum inaequalibus glabris 3—4plo longiori, antheris oblongis. — Affinis *C. humili.* — Cuba occ. (Wr. 3077). E.

17. Conradia gloxinioides Gr. subacauli-suffruticosa, simplex, apice foliosa, pilis septatis glandulosa, foliis membranaceis obovato-oblongis *acutiusculis crenatis* v. crenulato-repandis breviter petiolatis (5″—6″ longis), pedunculis pauci-unifloris folio 4—6plo brevioribus cum calyce villoso-glandulosis, *calycis tubo turbinato ecostato* lobis breviori, his lanceolato-acuminatis trinerviis corollae tubo parum brevioribus, corolla viridi-lutea (1″ longa): tubo campanulato lobis subrotundis (6‴—4‴ diam.) inaequalibus duplo longiori glabrescente, staminibus exsertis: antheris oblongis. — Affinis *C. mimuloidi.* — Cuba occ. (Wr. 3078). E.

18. Conradia depressa Gr. suffruticoso-subacaulis, simplex, hispida, glabrescens, foliis rigidulo-herbaceis rosulatis spathulato-lanceolatis obtusiusculis crenatis v. lobulato-crenatis rugosis utrinque dense reticulato-venosis glabriusculis setoso-ciliatis breviter petiolatis, floribus axillaribus breviter pedicel-

latis flavis basique purpureis, calycis tubo ovato sublepidoto obtuse costato lobis breviori, his oblongo-lanceolatis acuminatis corolla duplo brevioribus, corolla (1″ longa: tubo campanulato lobis subrotundis triplo longiori, antheris ovoideo-oblongis transversis brevissime e tubo exsertis. — Similis *C. corrugatae*, sed corollae tubus campanulatus, 4‴—5‴ diam. — Cuba or. (Wr. 3079). E.

19. Conradia libanensis Gr. Fl. p. 462 (Linden 1833; Wr. 3080).

20. Conradia corrugata Gr. pl. Wr. p. 526 (Wr. 1335).

21. Conradia reticulata Gr. subacaulis, herbacea, glabrescens, foliis membranaceis spathulato-oblongis superne inaequaliter serratis subtus reticulato-venosis subsessilibus (3″ longis), pedunculis unifloris adscendentibus folio duplo et ultra brevioribus, calycis tubo turbinato teretiusculo lobis ovato-deltoideis trinerviis ($1^1/_2$‴ longis) aequilongo, corolla coccinea (1″ longa): tubo clavato-cylindrico (2‴ diam.): limbo expanso subaequali (5‴—6‴ diam.) in lobos rotundatos diviso. — Cuba or. (Wr. 3081). E.

β. obovata, foliis latioribus duplicato-crenatis demum laxe rugosis utrinque minute reticulatis, pedunculis brevioribus congestis, calycis tubo demum costato, lobis ovato-oblongis obtusiusculis (2‴ longis), corolla . . . — Cuba or., pr. Baracoa (Wr. sub *α*): exstat quoque specimen florens foliis et corolla ut in *α*, calyce et pedunculis brevibus ut in *β*.

22. Tussacia „pulchella Rchb.“ (*Besleria* Don; Rich.)

23. Collandra sanguinea Gr. pl. Wr. p. 526 (*Alloplectus* Mart.; Wr. 357).

24. Alloplectus „cristatus Mart.“ (Rich.)

25. Columnea „scandens L. (Rich.)

26. Columnea tincta Gr. pl. Wr. p. 526 (Wr. 358, 1336). E.

27. Martynia diandra Glox. (Rug. 829).

CXII. CONVOLVULACEAE.

1. Ipomoea (Calonyction) bona-nox L. (Rug. 635; *Calonyction megalocarpum* Rich. t. 63). *C. speciosum* Rich.: mihi dubium, forsan capsula (ex descr. seminibusque *I. calanthae*) excludenda mixtum.

2. Ipomoea (Operculina) pterodes Chois. (Wr. 3083).

3. Ipomoea (Operculina) tuberosa L. (Wr. 1657).

4. Ipomoea (Schizips) dissecta Pursh. (Wr. 1656).

5. **Ipomoea** (Schizips) „**pentaphylla** Jacq." (*Batatas* Chois., Rich.)

6. **Ipomoea** (Schizips) **quinquefolia** Gr. (*Batatas* Chois.; Rug. 347, Wr. 448).

7. **Ipomoea** (Batatas) **fastigiata** Swt. (Wr. 458, 1648).

8. **Ipomoea** (Batatas) **alterniflora** Gr. glabra, foliis sinu angusto cordatis acutis repando-integerrimis ($2^1/_2''$ -- $3^1/_2''$ longis), pedunculis alternifloris folia subaequantibus, sepalis (4''' longis) ovatis rotundato-obtusis subaequilongis corolla octies brevioribus, corolla (sicca albida $2^1/_2''$ -- $2''$ longa), ovario ad apicem usque biloculari, seminibus ... — Proxima et habitu similis *I. fastigiatae* Swt., distincta sepalis obtusis mucrone destitutis, corolla majori, et inflorescentia racemiformi. — Cuba occ. (Wr.). E.

9. **Ipomoea** (Batatas) **sidifolia** Chois. (Rug. 111, Wr. 453, 1655).

10. **Ipomoea** (Batatas) **obtusata** Gr. glabra, volubilis, foliis cordato-deltoideis v. ovato-oblongis obtusis 5—3nerviis repando-integerrimis (2'' longis) petiolo subduplo longioribus, cymis pedunculatis paucifloris divaricatis: pedunculo exserto v. folium subaequante, sepalis ovato-rotundatis obtusis (4''' longis) subaequilongis corolla 5—6ies brevioribus, corolla (sicca purpurea) basi cylindrica supra calycem campanulata ($1^1/_2''$— 2'' longa), capsula subglobosa biloculari (8''' longa), seminibus lana gossypina fuscescente secus marginem patente longa cinctis. — Cuba or. et occ. (Wr. 3099: forma latifolia; 3092: forma foliis oblongatis). E.

11. **Ipomoea** (Batatas) **jalapoides** Gr. ramulis canopubescentibus, foliis oblongo-lanceolatis mucronato-acutis basi rotundatis v. subcordatis, raro cordato-trifidis, supra adpresse pubescentibus subtus pube subsericea villoso-tomentosis petiolo plus duplo longioribus (2''— 1'' longis), pedunculis subunifloris folio subbrevioribus medio bibracteatis: bracteis lanceolato-acuminatis, sepalis ovatis obtusis subaequalibus (4''' longis) corolla septies brevioribus, junioribus villosis, corolla coccinea (28''' longa) supra basin anguste campanulata: limbo dilatato tubo duplo breviori 5lobo, ovario ad apicem usque biloculari. seminibus ... — Cuba occ. (Wr. 3097). E.

12. **Ipomoea** (Batatas) **digitata** L. var. *I. punctata* Wr.: forma foliis trilobis integrisque, corolla „albida".

13. **Ipomoea** (Batatas) **calantha** Gr. ramis glabrescentibus, foliis e basi leviter cordata ovato-subrotundis cuspidatis integerrimis supra glabris subtus pubescentibus v. glabrescen-

tibus petiolo (2″—3″ longo) subaequilongis: venis primariis costatis, pedunculis apice sub2floris petiolum subaequantibus, sepalis ovalibus v. ovato-oblongis rotundato-obtusis aequalibus corolla octies decies brevioribus (6‴ longis), corolla rosea (v. alba) basi ipsa tenui supra calycem campanulata glabrata ($4\frac{1}{2}$″ longa), ovario inferne 2loculari, apice 4loculari, capsula subglobosa (6‴ diam.), seminibus lana gossypina lurida secus marginem patentissima longa cinctis. — Proxima *I. carneae* Jacq., distincta calyce duplo majori, corolla quoque majori eaque cito glabrata. — Cuba occ. Wr. 3091). E.

14. Ipomoea (Pentadactylis) Cavanillesii R. S. (Wr. 3086: forma caule submuricato).

15. Ipomoea (Pentadactylis) triloba L. (Wr. 3085; var. *Eustachiana* Jacq. (Wr. a. 1865).

16. Ipomoea (Pentadactylis) tenuissima Chois. (Wr. 1651).

17. Ipomoea (Xanthips) umbellata Mey. (Rug. 110, Greene pl. havan., Wr. 1649).

18. Ipomoea (Pes-caprae) pes-caprae Sw. (Wr. 452).

19. Ipomoea (Pes-caprae) nymphaeifolia Gr. glabra, repens, foliis (3″—4″ longis) auriculis basilaribus plerumque superincumbentibus profunde cordato-ovatis obtusis basi eglandulosis petiolo subaequilongis: venis inferioribus palmatis, pedunculis uni-paucifloris, sepalis 2 exterioribus ovalibus mucronatis, 3 interioribus ovato-oblongis obtusis duplo longioribus (4‴ longis) corolla sexies brevioribus, corolla purpurascente (2″ longa) basi sensim attenuata, ovario ad apicem usque biloculari, capsula . . . — Proxima *I. asarifoliae* R. S., sed petioli apice eglandulosi, folia fere Nupharis pumilae, pedunculi saepe longiores. — Cuba or., in savanis humidis (Wr. 3089), occ. pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

20. Ipomoea (Pes-caprae) „Imperati Gr.“ (Rich.; *Convolvulus* V.; *Batatas litoralis* Chois., non *Ip. litoralis* Bl.; *I. arenaria* R. S., non Steud.)

21. Ipomoea (Pes-caprae) acetosifolia R. S. (Wr. 3090).

22. Ipomoea (Pes-caprae) martinicensis Mey. (*Aniseia* Chois.; Wr. 3082: forma pubescens).

23. Ipomoea (Pes-caprae) sagittata Desf. (Wr. 3087).

24. Ipomoea (Pes-caprae) heptaphylla Gr. pl. Wr. p. 527 (Wr. 1371).

25. Ipomoea (Pes-caprae) dactylophylla Gr. glabra, volubilis, foliis 5—3partitis: segmentis (1″ longis) lanceolatis v. lanceolato-linearibus mucronato-obtusiusculis basi attenuata

subsessilibus integerrimis petiolo subaequilongis, pedunculis subunifloris petiolum subaequantibus, sepalis ovatis v. ovato-oblongis acutis membranaceis corolla decies brevioribus, corolla coccinea supra basin ventricosa (28‴ fere longa): limbo 5lobo, capsula globosa biloculari calycem patulum triplo superante, seminibus puberulis lana gossypina destitutis. — Affinis *I. heptaphyllae* Gr., sed corolla major et semina plane diversa. — Cuba occ. (Wr. 3093). E.

26. Ipomoea (Pes-caprae) calophylla Wr. ramis volubilibus albo-tomentosis, foliis oblongis mucronulato-obtusis basi rotundatis v. subcordatis supra molliter pubescentibus subtus albo-tomentosis petiolo quadruplo longioribus (2″—1½″ longis, pedunculis unifloris petiolum subaequantibus sub apice bibracteatis: bracteis oblongo-lanceolatis acuminatis, sepalis 2 exterioribus late ovalibus utrinque rotundato-obtusis tomentosis sub anthesi foliaceis, tertio conformi minori, 2 interioribus duplo brevioribus convoluto-ovatis obtusiusculis membranaceis, corolla purpurea (3″ longa) anguste campanulata: limbo dilatato 5lobo-repando tubo sesquibreviori, ovario ad apicem usque biloculari, capsula calycem subaequante ad basin 4valvi, seminibus facie glabris margine infra apicem lana gossypina longa fuscescente ad hilum crescente cinctis. — Habitus fere *I. argentifoliae* Rich., sed volubilis et stamina inclusa, *I. jalapoidis* Gr., sed calyx fere Aniseiae. — Cuba occ. (Wr. 3098). E.

27. Ipomoea (Pes-caprae) hypargyrea Gr. ramulis volubilibus subsericeis, foliis e basi cordata v. subcordata oblongo-lanceolatis acuminatis apice mucronulatis septuplinerviis supra glabratis subtus pube adpressa argenteo-sericeis petiolo quadruplo longioribus (3″ longis), pedunculis folium subaequantibus sub3floris: bracteis minutis v. nullis, sepalis chartaceis mox glabris concavo-ovalibus obtusis subaequalibus (4‴ longis) corolla 6—7ies brevioribus, corolla (24‴—28‴ longa) supra basin campanulata, ovario ad apicem usque biloculari, seminibus . . . — Cuba occ. (Wr.). E.

28. Ipomoea (Exogonium) repanda Jacq. (Wr. 3102: forma foliis puberulis); var. *pratensis* Wr.: forma foliis hastato-lanceolatis (Wr.); var. *undulata* Wr.: forma foliis cordato-tripartitis, segmentis oblongo-lanceolatis undulatis (Wr. a. 1865: capsula et „semina“ conveniunt cum *a.*)

29. Ipomoea (Exogonium) arenaria Steud. (Wr.)

30. Ipomoea (Exogonium) microdactyla Gr. glabra, foliis parvis (6‴—12‴ diam.) profunde palmatifidis petiolo

subaequilongis basi subtruncatis: lobis 5(—3) oblongo-linearibus obtusiusculis, imis brevioribus v. deficientibus, cymis subsessilibus penduliforis: pedicellis folia subaequantibus, sepalis ovato-subrotundis rotundato-obtusis (3‴ longis) corollae tubo sexies brevioribus, 2 exterioribus paullo brevioribus, corolla coccinea: tubo ($1^1/_2$″ longo) subcylindrico lobis ovatis acutiusculis triplo longiori, ovario infra apicem 4loculárem biloculari disco breviter cupulato suffulto, seminibus ... — Habitu accedit ad *I. Cavanillesii* R. S., sed corollae tubus longior, angustus Exogonii. — Cuba occ. (Wr. 3094). E.

31. Ipomoea (Exogonium) fuchsioides Gr. ramis pubescentibus, foliis (2″—1″ longis) nunc hastato-trilobis nunc e basi subcordata attenuatis v. ovato-oblongis apice obtusiusculis v. acuminatis supra glabrescentibus subtus pubescentibus petiolo longioribus integerrimis, pedunculis pauci-unifloris folium subaequantibus, sepalis (3‴—$2^1/_2$‴ longis ovato-oblongis obtusis corollae tubo sexies-quinquies brevioribus, 2 exterioribus brevioribus, corolla coccinea: tubo (14‴—16‴ longo) clavato lobis ovatis obtusis duplo longiori, ovario ad apicem usque biloculari e disco cupuliformi semiexserto, seminibus ... — Ambigua inter Exogonium et Minam, corollae forma ad hanc potius accedens, ex ovario biloculari et habitum I. repandae ad illam sectionem relata. — Cuba occ. (Wr.); var. *parvifolia* (Wr. 3095: forma foliis ovato-lanceolatis acuto-acuminatis); var. *glabra* (Wr. a. 1865: forma ramis foliisque glabris). E.

32. Ipomoea (Exogonium) racemosa Poir. (Wr.)

33. Ipomoea (Exogonium) argentifolia Rich. (Wr. 449). E.

34. Ipomoea (Quamoclit) „Quamoclit L.“ („Wr. 447“).

35. Ipomoea (Mina) „coccinea L.“ (Rich.)

36. Ipomoea (Mina) „hederifolia L.“ (Rich.)

37. Ipomoea (Pharbitis) cissoides Gr. (Wr. 3084).

38. Ipomoea (Pharbitis) „Nil Rth.“ (Rich.)

39. Ipomoea (Pharbitis) purpurea Lam. (Wr. 451; *Pharbitis hispida* Chois.)

40. Ipomoea (Pharbitis) acuminata R. S. (Wr. 1647; *Pharbitis mutabilis* Chois.; (*Ph. calycosa* Rich.!: ex descr.)

41. Ipomoea (Pharbitis) cathartica Poir. (Greene pl. havan.)

42. Ipomoea (Pharbitis) jamaicensis Don. (Wr. a. 1865: filamenta basi barbata); var. *glabrata* Gr. Fl. p. 474 (Wr. 3088).

43. Ipomoea (Pharbitis) „heterophylla Orteg.“ (Chois.)

Ipomoeae sect. nov. Apharbitis. Sepala herbacea. Co-

rolla hypocraterimorpha, tubo cylindrico. Antherae exsertae. Ovarium 4loculare, disco brevi annulari cinctum. — Bracteae magnae.

Connectit Pharbitidem, cui calyce et ovario 4loculari accedit, cum Exogonio.

44. Ipomoea (Apharbitis) Rudolphi R. S. ramulis retrorsum strigoso-pubescentibus, foliis cordato-deltoideis ovatisque (v. „3lobis") *acutis integerrimis supra glabrescentibus* subtus pube sparsa strigoso-pubescentibus, cymis paucifloris bracteatis longe pedunculatis: bracteis ovatis acutis, sepalis herbaceis ovalibus patulo-erectis 6‴—8‴ longis mucronulato-acutiusculis v. obtusis glabriusculis corollae tubum dimidium superantibus, 3 exterioribus latioribus (4‴—6‴ latis), corolla purpurea hypocraterimorpha: tubo cylindrico (12‴ longo) limbo 5lobo extus fasciis strigosis instructo duplo longiori, staminibus exsertis, ovario 4loculari basi disco annulari cincto. — *Pharbitis bracteata* Chois. ex diagn. succincta. — Cuba occ. (Wr. 3096). E.

45. Ipomoea (sect. ignot.) „commutata R. S." (Rich.)

46. Ipomoea (sect. ignot.) „Ramoni Chois." (Rich.). E.

47. Ipomoea (sect. ignot.) „pinnatifida Don" (*Convolvulis* Kth. in pl. Humboldt). E.

48. Ipomoea? falkioides Gr. caule pumilo e basi repente adscendente apice folioso pilosiusculo v. glabrescente, foliis (5‴—3‴ longis) ovatis obtusis repando-integerrimis glabris subtus asperiusculis petiolo patulo paullo longioribus, pedunculo infraterminali erecto filiformi longe exserto unifloro (2″—1″ longo), sepalis herbaceis pilosiusculis ($1^1/_2$‴ longis) ovato-oblongis obtusiusculis corolla quadruplo brevioribus, corolla (sicca alba) turbinato-infundibulari breviter 5loba, staminibus inclusis stylum superantibus, ovario biloculari disco carente: stigmate lamellato-capitato. — Habitu (fere Campanulae) a genere valde recedit, sed stigmate subcapitato a Jacquemontia et Convolvulo differt: fructus ignotus. — Cuba or. (Wr.: pauca specimina). E.

49. Ipomoea (sect. ignot.) „serpyllifolia Don" (Rich.)

50. Jacquemontia tamnifolia Gr. Fl. p. 474 (Wr. 3100).

51. Convolvulus Clavula pentanthus Jacq. Character sectionis Clavulae (Fl. p. 474) emendetur et ad solam stigmatum formam adaptetur: nam in hac specie discus cupuliformis adest, ovarium fere semicingens (Rug. 284; Wr. a. 1865: „antherae apice glandula alba stipitata coronatae": *Jacquemontia violacea* Chois.

52. Convolvulus (Clavula) micranthus R. S. (Rug. 183; Wr. 455, 1654).

53. Convolvulus (Clavula) „jamaicensis Jacq." (Rich.)

54. Convolvulus (Clavula) Valenzuelanus Rich. (Wr. 3101). E.

55. Convolvulus (Clavula) havanensis Jacq. (*C. ruderarius* Kth.; Rug. 155, Wr. 1653). E.

56. Convolvulus (Strophocaulos) nodiflorus Desr. (Rug. 192; Wr. 1652).

57. Convolvulus (Orthocaulos) serpylloides Gr. caulibus brevibus procumbentibus caespitosis substrigosis foliosis, foliis minimis (1‴—1½‴ longis) ovato-subrotundis obtusiusculis basi brevissime petiolata subcordatis supra glabris subtus sericeo-pubescentibus, pedicellis solitariis unifloris folium subaequantibus, sepalis pubescentibus ovato-lanceolatis acuminatis corollam dimidiam subaequantibus, corolla (3‴ longa) „alba" infundibulari breviter 5lobo-repanda: fasciis 5 extus puberulis, stylo ad medium bifido: stigmatibus filiformibus, capsula globosa calycem aequante. — Sectioni Orthocauli adscribendus: stigmata filiformia, discus cupuliformis nullus, caulis non volubilis. Ex descriptionibus recedunt *Ipomoea serpyllifolia* Rich. „sepalis inaequalibus, interioribus ovalibus, exterioribus lanceolatis, corolla 5partita", *I. serpyllifolia* Don (*Convolvulus* Kth.) „corolla calycem 4plo superante". — Cuba occ. (Wr. 3106). E.

58. Evolvulus arbuscula Poir (Wr. 456, 1658).

59. Evolvulus sericeus Sw. (Wr. 3104; var. *argenteus* Pursh. (Wr. a. 1865: forma suffruticosa).

60. Evolvulus alsinoides L. (Wr. 3103).

61. Evolvulus nummularius L. (Rug. 308; Wr. 457).

62. Evolvulus incanus Pers. (Wr. 3105; *E. sericeus* R. P. t. 252, non Sw.)

63. Dichondra „repens Forst." („Wr. 459").

64. Cuscuta americana L. (Wr. 1659).

65. Cuscuta umbellata Kth. (Wr. 3107).

66. Cuscuta „obtusiflora Kth." (Engelm.)

67. Cuscuta indecora Chois. (Wr. a. 1865).

CXIII. HYDROLEACEAE.

1. Hydrolea spinosa L. (Wr. 3109).

2. Hydrolea nigricaulis Wr. caule suffrutescente virgato superne ramoso tenuissime puberulo spinoso: spinis gla-

bris (4‴ longis), foliis lanceolatis v. spathulato-lanceolatis (-elliptico-lanceolatis) acutis basi attenuata subsessilibus repando-integerrimis v. minute serrulatis glabris (12‴—6‴ longis, 2‴—4‴ latis), floribus parvis (1½‴—2‴ longis) juxta axillas glomeratis, calycis segmentis glabris lanceolatis acutis corollam albam subaequantibus, corollae lobis oblongis erectis tubo aequilongis stamina excedentibus, stylis 2 brevibus. — Caulis 1½′—2′ altus, nigricans. — Cuba or. pr. Bajano (Wr. 3108). E.

3. Nama jamaicensis L. (Wr. 416).

CXIV. BORAGINEAE.

1. Cordia (Gerascanthus) Gerascanthus Jacq. (Wr. 1644; *C. gerascanthoides* Rich. t. 59 bis, non Kth.)

2. Cordia (Gerascanthus) gerascanthoides Kth. (Rug. 745; Wr. 424, 1369; *C. bracteata* DC. ap. Rich.)

3. Cordia (Varronia) alba R. S. (Wr. 425).

4. Cordia (Sebestena) Sebestena Jacq. (Rug. 336; Greene pl. havan.; *C. speciosa* W.)

5. Cordia (Sebestena) Galeottiana Rich. (Wr. 3110).

6. Cordia (Sebestena) Laeucosebestena Gr. ramulis albido-tomentosis strigulosisque, foliis (2″—1″ longis) ovalibus utrinque rotundato-obtusis v. apice retusis repando-integerrimis supra pallidis strigulosis subtus albido-tomentosis, cymis corymbiformibus: floribus raris longe pedicellatis, calyce tubuloso-campanulato (6‴ longo) tomentoso apice inaequaliter 5—2dentato corollae tubo duplo breviori, corolla „alba" hypocraterimorpha: tubo superne clavato-infundibulari: lobis 5 hirtellis ovatis obtusis tubo demum glabrescente duplo brevioribus, drupa ovato-globosa calyce inflato inclusa. — Cuba or., pr. S. Antonio (Wr. 3111). E.

7. Cordia (Sebestena) „angiocarpa Rich. t. 60" (Rich.). E.

8. Cordia (Myxa) Collococca L. (Rug. 262; Poepp. pl. cub.; *C. micrantha* Sw.; *C. rariflora* Rich. ex descr.)

9. Cordia (Myxa) nitida V. (Wr. 1367, 1368; *C. Collococca* Sw.; *C. Valenzuelana* Rich. ex descr.)

10. Cordia (Myxa) sulcata DC. (Wr. 427).

11. Cordia (Myxa) ulmifolia Juss. (Wr. 423).

12. Cordia (Myxa) erythrococca Wr. ramulis pube granulosa rufescente amissa glabratis, foliis elliptico-oblongis oblongisque obtusiusculis in petiolum attenuatis repando-integerrimis supra glabris lucidis subtus venosis sparsim pilosis

v. glabrescentibus subferrugineis (3″—5″ longis), glomerulis parvis pedunculatis axillaribus: pedunculis petiolum fere duplo superantibus ab eodem distinctis simplicibus v. basi divisis strictis, calyce juniori clauso ovoideo glabriusculo demum 5dentato corollae tubum aequante (2‴ longo), corollae lobis ovatis obtusis tubum subaequantibus, staminibus glabris breviter exsertis, drupa (2‴ diam.) subglobosa e calyce demum patulo breviter exserta. — Cuba or. (Wr. 3112). E.

13. Cordia (Myxa) „cylindristachya R. S. var. *cinerascens* DC." (Rich.)

14. Cordia (Myxa) angustifolia R. S. (Wr. 3114).

15. Cordia (Myxa) microphylla R. S., Gr. pl. Wr. p. 528 (Wr. 421; var.: 3115).

16. Cordia (Myxa) globosa Kth. (Rug. 280; Wr. 422; *C. bullata* DC.)

17. Cordia (Myxa) bullata R. S. (Wr. 3116; *C. mirabiliflora* A. DC.)

18. Cordia (Myxa) pedunculosa Wr. fruticosa, pube minuta hispidula scabra, foliis elliptico-lanceolatis lanceolatisque acutis in petiolum brevem attenuatis margine subrevoluto integerrimis rigidulis (2″—5″ longis), capitulis solitariis subglobosis longe pedunculatis: pedunculo terminali, calyce 5dentato: dentibus minutis deltoideis tubo turbinato-globoso superne contracto multo brevioribus, corolla infundibulari calycem subduplo superante (4‴—5‴ longa): lobis brevibus rotundatis, stylo apice breviter 4fido staminibusque inclusis, drupa calyce subinflato inclusa. — Affinis *C. Limae* R. S.: „frutex gracilis, 4—8pedalis, flore albo" (Wr.). — Cuba occ. pr. Mayari (Wr. 3113). E.

19. Ehretia tinifolia L. (Rug. 326; Wr. 1366, 1370).

20. Beureria succulenta Jacq. (Rug. 610; Wr. 3119).

21. Beureria tomentosa G. Don (Wr. 3120; var. *havanensis* Gr. Fl. p. 482 (Lane pl. havan.; Wr. 3117; *Ehretia* W., *E. divaricata* DC. sec. Rich.)

22. Beureria virgata Gr. pl. Wr. p. 528 (Wr. 426, 3121).

23. Beureria montana Wr. (*B. spinifex* Gr. pl. Wr. l. c., non *Ehretia spinifex* Rich.; Rug. 363; Wr. 3123: forma glabrifolia). E.

24. Beureria grandiflora Gr. (*Ehretia* Poir.; *E. guatemalensis* Rich.; Wr. 3122).

25. Beureria calophylla Gr. pl. Wr. l. c. (*Ehretia* Rich. t. 61; Rug. 362; Wr. 3124a). E.

26. Beureria reticulata Gr. Eubeureria, glabra, foliis coriaceis obovatis ovalibusque rotundato-obtusis basi obtusiusculis longiuscule petiolatis venis tertiariis utrinque prominulis dense reticulatis (4″—2½″ longis), cymis expansis, corollae tubo (3‴ longo) calycem glabrum aequante lobis obovatis aequilongo, drupa maxima (1″ diam.) orbiculari. — Foliis reticulato-venosis et corolla a similibus *B. domingensi* et *calophylla* Gr. strenue distincta. — Cuba occ. pr. Retiro (Wr. 3124). E.

27. Beureria cassinifolia Gr. l. c. (Wr. 3125).

28. Beureria microphylla Gr. Eubeureria, ramulis tortuosis subsericeo-glabratis, foliis minutis (2‴ longis) coriaceis obovatis v. spathulatis obtusis basi rotundata breviter petiolatis glabris laevibus margine revolutis, floribus subsolitariis, corollae tubo (2‴ longo) calycem sericeum aequante lobisque subrotundis aequilongo, drupa globosa (3‴ diam.) subcostata. — Proxima praecedenti, sed foliis et corollae limbo tubo aequilongo, distincta; „frutex diffusus, 4pedalis, corolla alba". — Cuba occ., in savanis pr. Camarioca (Wr. a. 1865). E.

29. Beureria divaricata Gr. l. c. (non Don sec. Rich.; *Ehretia spinifex* R. S. ap. Rich.; Rug. 81; Wr. 1365, 3118, 3136). E.

30. Rochefortia acanthophora Gr. Fl. p. 482 (Rug.; Wr. 3126: forma microphylla?: specimina incompleta).

31. Tournefortia (Mallotonia) gnaphalodes R. Br. (Rug. 216; Wr. 3127).

32. Tournefortia (Pittonia) hirsutissima L. (Rug. 730; Wr. 419, 1362).

33. Tournefortia (Pittonia) cymosa L. (Rug. 339; Wr. 1645).

34. Tournefortia (Pittonia) „astrotricha DC." (Rich.: *T. foetidissima* DC. ex ic. Jacq.)

35. Tournefortia (Pittonia) bicolor Sw. var. *brachysepala* Gr. Fl. p. 483 (Rug. 729; Wr. 420; *T. laevigata* Rich.)

36. Tournefortia (Pittonia) „angustiflora R. P." (Rich.)

37. Tournefortia (Pittonia) scabra Lam. (Rug. 687; Wr. 3128; forma ovalifolia: 3129).

38. Tournefortia (Messerschmidia) laurifolia Vent. (Rug. 796; Linden 1790; Wr. 417, 418, 1646; *T. Sagraeana* A. DC.)

39. Tournefortia (Messerschmidia) volubilis L. (Wr. 3130); var. *microphylla* Desv. (Wr. 3131).

40. Tournefortia (Messerschmidia) ferruginea Lam. (Rug. 661; Wr. 3132).

41. Tournefortia (Messerschmidia) „poliochros Spr.“ (Rich.)

42. Tournefortia (Messerschmidia) incana Lam. (Wr. 1364).

43. Heliotropium (Tiaridium) indicum L. (Rug. 217; Greene pl. havan.)

44. Heliotropium (Heliophytum) parviflorum L. (Poepp. pl. cub.; Rug. 133; Wr. 3133).

45. Heliotropium (Euheliotropium) inundatum Sw. (Poepp. pl. cub.; Wr. 3134: *H. cinereum* Kth.)

46. Heliotropium (Euheliotropium) curassavicum L. (Rug. 283; Wr. 3138).

47. Heliotropium (Orthostachys) fruticosum L. (Wr. 3135).

48. Heliotropium (Orthostachys) bursiferum Wr. fruticosum, virgatum, strigosum, foliosum, foliis breviter oblongolanceolatis acutis (5‴—3‴ longis, subsessilibus, spicis elongatis terminalibus cum ramo continuis, calyce 5partito: segmentis inaequalibus ovato-lanceolatis v. oblongo-lanceolatis acuminatis, postico latiori, corollae tubo (2‴ longo) cylindrico calycem subaequante pubescente: lobis tubo duplo brevioribus ovatis acutis: fauce pervia: plicis induplicatis in bursiculae apertae formam replicatis, antheris subsessilibus supra stigma corollae insertis: apicibus filiformibus loculos triplo superantibus apice cohaerentibus, stigmate basi annulato subgloboso-conico apice bidentato: stylo brevissimo, nuculis cohaerentibus pubescentibus latere foveolatis. — „Corolla alba“ (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3137). E.

49. Heliotropium (Orthostachys) imbricatum Gr. fruticulosum, palmare, diffusum, pube sericeo-strigosa undique argenteum, foliis approximatis v. imbricatis parvis ($1\frac{1}{2}$‴—2‴ longis) lanceolatis acutiusculis margine involuto subtrigonis subsessilibus, floribus subsolitariis v. e summis axillis oriundis sessilibus, calyce 5partito: segmentis lanceolatis, corollae tubo ($1\frac{1}{2}$‴ longo) medio ventricoso calycem breviter excedente: lobis brevioribus subrotundis hispidulis: fauce plicis glabriusculis coarctata, stigmate obtuse conico puberulo basi annulato stylo filiformi glabro plus duplo breviori. — Conferatur sec. As. Gray in lit. *H. angustifolium* Torr., mihi ignotum. — Cuba or. (Wr. 3140). E.

50. HELIOTROPIUM (Orthostachys) MICROPHYLLUM Sw. (Wr. 3139).

51. HELIOTROPIUM (Orthostachys) HUMIFUSUM Kth. (Rug. 666; Wr. 3141). E.

52. HELIOTROPIUM (Orthostachys) SERPYLLOIDES Gr. perenne, procumbens, diffusum, pube hispida v. strigosa cinereum, caulibus herbaceis palmaribus v. spithameis flexuosis, foliis minutis (1‴—1¼‴ longis) planiusculis ovatis acutis integerrimis breviter petiolatis, floribus subsolitariis ex axillis superioribus oriundis pedicellatis, calyce 5partito: segmentis lanceolatis, corollae tubo (1½‴ longo) superne ventricoso calycem duplo, limbum 5lobum triplo superante: lobis subrotundis glabriusculis, stigmate obtuse conico glabro exannulato stylo filiformi multo breviori, nuculis subglobosis latere unifoveolatis glabriusculis. — Cuba or. (Wr. 3142). E.

53. HELIOTROPIUM (Schleidenia) PARCIFLORUM Gr. (*Schleidenia* DC.; *Lithospermum distichum* Poepp. cub.! non Galeotti; Wr. 3143).

CXV. LABIATAE.

1. OCIMUM CANUM Sims. (Rug. 178).

2. OCIMUM SANCTUM L. var. (Wr. 3155).

3. OCIMUM MICRANTHUM W. (Greene pl. havan.)

4. HYPTIS (Spicaria) GONOCEPHALA Wr. caule herbaceo erecto canaliculato-tetragono muriculato-scabro, foliis ovato-lanceolatis acuminatis duplicato-serratis basi cuneatis longe petiolatis glabriusculis (3″—2½″ longis, 1″ latis), spicis crassis densifloris tetragonis oblongis ovatisque obtusis (18‴—8‴ longis, demum 8‴ latis) terminalibus pedunculisque axillarium ad apicem usque foliatis, bracteis setaceis calyce demum brevioribus, calyce aequali demum subinflato (3‴—4‴ longo), piloso: dentibus subulato-setaceis tubo paullo brevioribus piloso-ciliatis, corolla „purpurea“ inclusa. — Cuba occ., in locis humidis (Wr. 3154). E.

5. HYPTIS CAPITATA Jacq. (Rug. 125; Wr. 443).

6. HYPTIS BREVIPES Poit. var. (Wr. 3145: forma pedunculo longiori; 3144: eadem, procumbens).

7. HYPTIS (Cephalohyptis) ACTINOCEPHALA Gr. glabra, caule herbaceo erecto tetragono, foliis subsessilibus lineari-lanceolatis utrinque attenuatis apice obtusiusculis remote serratis (3″—2″ longis, 6‴—4‴ latis), capitulis hemisphaericis longe pedunculatis axillaribus: pedunculo folium subaequante,

bracteis oblongo-linearibus obtusis expansis (5‴—6‴ longis), longioribus capitulum (6‴ diam.) duplo excedentibus, calyce aequali inferne glabriusculo: dentibus basi ciliatis subulato-linearibus rigidis flexuosis apice vix acutis tubo (sub anthesi) sublongioribus. — Cuba occ. (Wr. 3146). E.

8. Hyptis (Cephalohyptis) minutifolia Gr. caule herbaceo gracili subfiliformi tetragono ascendente: internodiis folia multo superantibus, foliis parvis ovatis v. ovato-subrotundis acutiusculis breviter petiolatis argute serratis parce pilosis (3‴—5‴ longis): serraturis utrinque 3—4, pedunculis axillaribus folio capituloque multo longioribus patentibus (3″—1″ longis), capitulis hemisphaericis: bracteis ellipticis acutis capitulum (4‴ diam.) subaequantibus, calyce demum incurvo basi piloso: dentibus subulato-setaceis pilosiusculis tubo brevi longioribus. — Simillima *H. recurvatae* Poit., sed bracteae latae. — Cuba occ. (Wr. 3147). E.

9. Hyptis (Cephalohyptis) ammotropha Wr. procumbens, radicans, simpliciuscula, caule cano-pubescente teretiusculo, foliis e basi truncata v. subcordata suborbicularibus abruptim petiolatis grosse crenatis (8‴—5‴ diam.) villosiusculo-pubescentibus: pilis articulatis mollibus accumbentibus, pedunculis raris axillaribus e basi incurva erectiusculis folio humistrato duplo longioribus, capitulis parvis hemisphaericis (2‴—3‴ diam.): bracteis lanceolatis acutiusculis calyce paullo superatis, calyce aequali piloso: dentibus lanceolatis acutis tubo (sub anthesi) aequilongis, corolla breviter exserta „flava rubroque-variegata", stylo apice bifido. — Habitus Lippiae, vegetatio Glechomatis. — Cuba occ., in pinetis arenosis (Wr. 3153). E.

10. Hyptis uliginosa St. Hil. (Wr. 3148; *H. eriocauloides* Rich.)

11. Hyptis (Cyrta) pedalipes Gr. herbacea, subincano-pilosa et glandulosa, foliis spathulato-oblongis obtusis in petiolum attenuatis crispato-crenatis (1½″ longis), capitulis ovoideis v. in verticillastra subdistinctis: pedunculo axillari scapiformi erecto longissimo (1′—1½′ longo), bracteis angustis v. subnullis, calyce recto membranaceo piloso corolla duplo breviori: dentibus subulato-linearibus tubo aequilongis. — Ex sectione Rigidarum (§. 3 Benth.) *H. cuneatae Pohl* affinis videtur. — Cuba occ. (Wr. 3152). E.

12. Hyptis spicata Poit. (Wr. 444).

13. Hyptis suaveolens Poit. (Wr. 445, 446; Rug. 692).

14. Hyptis pectinata Poit. (Wr. 3149; Rug. 117).

15. Hyptis stellulata Benth. var. (Wr. 3150: pubes tenuis adpressa).

16. Hyptis scoparia Poit. (Wr. 1608).

17. Marsypianthes hyptoides Mart. (Wr. 3051).

18. Micromeria obovata Benth. (Wr. 1643).

19. Salvia occidentalis L. (Poepp. cub.); var. *obscura* Benth. (Rug. 120).

20. Salvia tenella Sw. (*S. micrantha* V.; Rug. 119; Wr. 1361).

21. Salvia „serotina L.“ (Rich.)

22. Salvia „coccinea L.“ (Benth.)

23. Salvia „microphylla Kth.“ (Rich.)

24. Salvia strobilanthoides Wr. Calosphace, caule suffruticoso adscendente pube brevissima incanescente, foliis longe petiolatis oblongo-lanceolatis tenuiter acuminatis basi cuneatis serrulatis v. inferne integerrimis supra punctulato-glabrescentibus subtus pube brevissima incano-glaucis minute reticulatis (6″—4″ longis), floralibus herbaceis late rhombeo-subulatis flores excedentibus deciduis (8‴ longis, 6‴ latis), racemo longe pedunculato simplici densifloro: verticillastris sub6floris, calyce tubuloso (3‴ longo) nervoso puberulo pedicellum subduplo superante: dentibus 3 ovatis acutis, corolla „alba“ breviter exserta (5‴—6‴ longa) staminibus duplo breviori, stylo glabro: stigmatibus angustis. — Cuba or., pr. Monteverde (Wr. 3156). E.

25. Leonurus sibiricus L. (Rug. 115).

26. Leonotis nepetifolia R. Br. (Wr. 3157)

27. Scutellaria purpurascens Sw. (Wr. 461).

28. Scutellaria havanensis Jacq. (*S. cubensis* Rich. ex Lind. 1829).

29. Teucrium cubense L. (Wr.; Rug. 836).

20. Teucrium inflatum Sw. (Rug. 837).

31. Teucrium canadense L. var. *hypoleucum* Gr. (Wr. 3158: *T. argenteum* Wr.: forma foliis subtus pube adpressa albidis, serraturis minoribus adpressis).

CXVI. VERBENACEAE.

1. Tamonea „verbenacea Sw.“ (Rich.)
2. Priva echinata Juss. (Rug. 122).
3. Verbena urticifolia L. (Rug. 639).
4. Verbena officinalis L. (Rug. 121).
5. Bouchea Ehrenbergii Cham. (Wr.)
6. Stachytarpha jamaicensis V. (Rug. 825; „Wr. 442“).

7. Stachytarpha strigosa V. (Wr. a. 1865: cum forma glabriuscula).

8. Stachytarpha „mutabilis V.“ (Schauer).

9. Stachytarpha „orubica V.“ (Rich.)

10. Stachytarpha angustifolia V. (Wr. a. 1865).

11. Lippia betulifolia Kth. (Wr. 3161).

12. Lippia nodiflora Rich. (Greene pl. havan.) Wr 316

13. Lippia „reptans Kth.“ (*L. canescens* Rich. ex „foliis plicato-nervosis“).

14. Lippia canescens Kth. (Rug. 624).

15. Lippia „micromera Schau.“ (Schauer).

16. Lippia geminata Kth. (Poepp.; Wr. 3159).

17. Lippia dulcis Trev. (Rug. 58; Wr. 440).

18. Lippia stoechadifolia Kth. (Rug. 57; Wr. 3163).

19. Lippia acuminata Wr. Zapania, caule frutescente tetragono glabriusculo, foliis ovatis acuminatis serratis basi cuneato-rotundata integerrimis breviter petiolatis supra strigillis brevissimis scaberrimis subtus praeter puncta glandulosa densa glabriusculis (3″ longis, $1^{1}/_{2}''$ latis), capitulis subglobosis, demum breviter oblongis: pedunculis axillaribus brevissimis petiolo brevioribus, bracteis subrotundis cuspidatis glabriusculis corollam „albam“ subaequantibus, calyce minutissimo subcylindrico obtuse bilobo corollae tubo multoties breviori. — „Frutex 8pedalis, valde odorus“ (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3162). E.

Lippiae sect. nov. Diphyllocalyx. Calyx disepalus, sepalis distinctis lanceolatis obtusis. — Capitula pisiformia, in axillis solitaria. Frutex spinosus.

20. Lippia myrtifolia Gr. Diphyllocalyx, fruticosa, spinis patentibus axillaribus armata, ramis rufescenti-puberulis, foliis oppositis breviter petiolatis parvis ovato-oblongis obtusis basi rotundatis integerrimis glabris supra impresso-venosis et asperiusculis subtus minute glandulosis (5‴—10‴ longis), capitulis globosis (2‴—3‴ diam.) breviter pedunculatis: pedunculo petiolum subaequante, bracteis concavo-subrotundis recurvato-acutis corollam dimidiam vix superantibus, sepalis hispidulis lanceolatis obtusis corolla duplo brevioribus, corolla minuta (1‴ longa) subinfundibuliformi apice 4loba. — Habitus Lippiae; stamina didynama, inclusa, filamentis brevissimis; ovarium 2loculare, loculis uniovulatis, ovulis erectis, stylo apice integro; fructus ignotus. — Cuba or. (Wr. 3160). E.

21. Lantana Camara L. (Rug. 158.

22. Lantana involucrata L. (Rug. 159; W. 3165).
23. Lantana odorata L. (Wr. 441; Drummond pl. cub.)
24. Lantana reticulata Pers. (Wr. 3166; var. *strigosa* Gr. (Wr. 3167: forma foliis subtus ramulisque strigosis).
25. Lantana „microcephala Rich.“ (Rich.). E.
26. Lantana trifolia L. (Wr. 1360).
27. Citharexylum „villosum Jacq.“ (Schauer).
28. Citharexylum cinereum L. (Rug. 334).
29. Citharexylum lucidum Cham. Schl. (Wr. 435, 436, 1359; *C. quadrangulare* Rich. ex synon., non Jacq.)
30. Citharexylum caudatum L (Wr. 3183).
31. Citharexylum Berterii Spr. (Wr. 437, 1356).
Obs. *C. subserratum* Sw. a Swartzio non in Cuba, sed in Haiti lectum, ap. Schauer et Rich. errore inter cubensia (fid. Sw.) enumeratur.
32. Duranta Plumieri Jacq. (Rug. 624; Wr. 1358).
33. Petrea „volubilis Jacq.“ (Schauer).
34. Callicarpa americana L. (Wr. 3168).
35. Callicarpa acuminata Kth. (Wr. 3169).
36. Callicarpa ferruginea Sw. (Wr. 430, 3170, 3171).
37. Callicarpa fulva Rich. (Wr. 1357); var. (W. 3173: forma foliis lanceolatis). E.
38. Callicarpa reticulata Sw. (Rug. 352; Wr. 3172).
39. Aegiphila „martinicensis L.“ (Schau.)
40. Aegiphila elata Sw. (G. Don pl. havan.; Rug. 846; Wr. 429, 1354; *A. macrophylla* Rich., non Kth., ex „calycis dentibus obtusis“).
41. Clerodendron aculeatum Gr. Fl. p. 500 (*Volkameria* L.; Wr. 3174); var. (Rug. 358: corollae tubo breviori).
42. Clerodendron cubense Schau. (Wr. 3175). E.
43. Clerodendron Sagraei Schau. (Wr. 3176). E.
44. Clerodendron Lindenianum Rich. (Lind. 1775; Wr. 3177; *C. tuberculatum* Rich. ex descr.). E.
45. Clerodendron fragrans W.* (Rug. 164).
46. Cornutia pyramidata L. (Wr. 3178).
47. Petitia Poeppigii Schau. (Wr. 428; *Callicarpa cinerea* Rich. ex descr.). E.
48. Vitex divaricata Sw. (Wr. 3179).
49. Vitex umbrosa Sw. (Wr. 1355).
50. Vitex avicennioides Rich. (Lind. 2053; Wr. 431). E.
51. Vitex rigens Gr. glabra, foliis simplicibus rigidis parvis (16‴—8‴ longis, 8‴—4‴ latis) elliptico-oblongis mucronato-acutis basi obtusis breviter petiolatis juxta media-

num supra impressum reticulato-venulosis nitentibus integerrimis, nunc margine sparsim sinuato-dentatis: dentibus spinescentibus, cymis axillaribus exsertis racemiformibus (3″ longis): axibus secundariis in pedicellum unicum gracilem vulgo reductis, calyce breviter campanulato: dentibus 5 aequalibus deltoideis, corolla . . ., drupa depresso-globosa glabra. — Affinis *V. avicennioidi* Rich. — Cuba occ. (Wr. 3181). E.

52. Vitex ilicifolia Rich. t. 64 (Rug. pl. matanz. 310; Wr. 3180). E.

53. Avicennia nitida Jacq. (Wr. 3182).

54. Avicennia „tomentosa Jacq." (Rich.)

CXVII. CONIFERAE.

1. Juniperus virginiana L. (Wr. 3187: Cuba or., in monte Toro).

2. Pinus cubensis Gr. Pl. Wr. p. 530: adde diagnosi: foliis ternis (raro geminis) 6″— 12″ longis, strobilis lateralibus (Wr. 598, 1462b); var.? *terthrocarpa* Wr. foliis geminis (raro ternis), strobilis subterminalibus solitariis brevissime pedunculatis erectis (Wr. 3189, 3190, 1462a). E.

3. Pinus „occidentalis Sw." (Rich.)

4. Podocarpus Purdieanus Hook. (Wr. 1461).

5. Podocarpus angustifolius Gr. foliis lineari-lanceolatis pungenti-acuminatis (2½″—1½″ longis, 2‴ latis), amentis ♂ sessilibus subsolitariis breviter cylindricis, drupae disco oblique 2dentato semini aequilongo (4‴ longo) „pedunculo quadruplo longiori" (Wr.), semine ovoideo in apicem conico-acutum paullo obliquum producto. — „Arbor grandis" (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3188). E.

CXVIII. CYCADEAE.

1. Zamia integrifolia Ait. (Wr. 1463).

2. Zamia angustifolia Jacq. (Wr. 597 ex parte, 3191; *Z. angustissima* Miq. ex descr.)

3. Zamia stricta Miq. ex descr. (*Z. angustissima* H. Herrenh. (Wr. 597 ex parte).

4. Zamia calocoma Miq. (Wr. 3193: foliola pleraque 8″ longa, 4‴ lata; squamis ♂ ad *Z. Brongniartii* Miq. accedit).

5. Zamia pygmaea Sims ex ic. Bot. mag. t. 1741 (Wr. 3192: foliola 6—8juga, 2½″ longa, 12‴—8‴ lata, petiolo 4gono; transitum exhibet ad *Z. Ottonis* Miq.)

6. Zamia „media (W.)“

7. Zamia „Kicksii Miq.“ (Miq.)

CXIX. ALISMACEAE.

1. Alisma nymphaeifolium Gr. foliis e sinu profundo angusto cordato-ovalibus petiolo (1½′ longo) multo brevioribus (5″ longis, 3″ latis): apice lobisque basilaribus rotundato-obtusis, scapo subcylindrico (1½′—2′ alto) apice paniculato: panicula verticillis umbellisque paucifloris constituta, sepalis recurvis petala minuta alba distantia subsuperantibus, staminibus 6, carpidiis 9 (1‴ longis) semiellipticis stylo brevissimo uncinato terminatis demum dorso subtricostatis: costis remote muricato-denticulatis. — Cuba occ. (Wr. 3186). E.

2. Echinodorus cordifolius Gr. Fl. p. 505 (Wr.)

3. Echinodorus intermedius Gr. (*Alisma* Mart. ex specimin. Sprucei: verosimiliter *E. subalati* [Alism. Mart.] var.: lineolae folii pellucidae conformes; Wr. 3198).

4. Sagittaria acutifolia L. (*S. sagittifolia* Rich.; Wr. 3199, 3201: carpidia demum latere tuberculata).

5. Sagittaria lancifolia L. (Wr. 3197); var. *angustifolia* Lindl. (Wr. 3200: forma angustifolia, lamina 4‴–1″ lata, filamentis brevioribus, at carpidiis cum *α* conformis).

6. Limnocharis Plumieri Rich. (Wr. 3269).

CXX. NAJADEAE.

1. Potamogeton natans L. var. *Lonchitis* Tuckerm., pl. Wr. p. 530 (Wr. „603“, 604).

2. Potamogeton fluitans Rth. (G. Don pl. havan.; Wr. 3202).

3. Potamogeton Claytoni Tuckerm. (*P. heterophyllus* Fl. hor. amer., non Schreb.; Wr. 3203).

4. Potamogeton hybrida Mich. (Wr. 3204).

5. Potamogeton „lucens L.“ (Rich.)

6. Potamogeton plantaginea Ducr. var. *jamaicensis* Gr. Fl. p. 506 (Wr.)

7. Potamogeton pauciflora Pursh. (Wr. 3205).

8. Potamogeton pectinata L. (Wr. 3207).

9. Ruppia maritima L. (Wr. 3206).

10. Najas flexilis Rostk. (Wr. 605).

CXXI. AROIDEAE.

1. Anthurium crassinervium Schtt. (Wr. 601, 3208; Rug. 652).

2. Anthurium „cordifolium Kth.“ (Ramon ap. Rich.)

3. Anthurium venosum Gr. acaule, foliis chartaceis sinu aperto arcuato brevi cordato-ovatis (10″—15″ longis, 6″—4″ latis): nervis 7—9 subpedatis, lateralibus mediano planiusculo multo angustioribus, pari primo aream ovatam includente venisque costalibus conformi, his 10—12jugis infra apicem laminae tenuius venosum subaequidistantibus arcubus submarginalibus inter se et cum nervis lateralibus connexis: interstitiis laxe areolatis: petiolo lamina multo breviori (3″—5″ longo): tumore apicali brevi, pedunculo folium subaequante spatha oblongo-lineari spadiceque multoties longiori, spadice basi nudo (6″—3″ longo) gracili spatha reflexa sublongiori. — Affine *A. cordifolio* Kth. — Cuba occ. (Wr. 3209). E.

4. Anthurium gymnopus Gr. caule radicante, foliis chartaceis sinu profundo aperto (ad medium 8‴ hiante) cordato-deltoideis rotundato-acutiusculis (7″—8″ diam.): lobis basilaribus latissime semiorbicularibus: nervis 9—11 pedatis subtus planiusculis, pari primo aream rhombeo-ellipticam includente, omnibus versus marginem extrorsum curvatis et arcubus marginalibus connexis, venis laxe areolatis, petiolo (10″—5″ longo) lamina vulgo breviori: tumore apicali brevi subconstricto, pedunculo folium subaequante spadice longiori, spadice longe stipitato stipite (2″—3″ longo) duplo longiori gracili, spatha basin stipitis amplexante reflexa oblongo-lanceolata breviter acuminata (2″—2½″ longa). — Spadice inferne longe denudato ab omnibus recedit, numero partium et habitu a Spathiphyllo sejunctum. Calyx 4phyllus, „purpureus“ (Wr.). Stamina 4, antherae loculis distinctis in filamento latiusculo verticalibus. Bacca purpurea, loculis 1—2-spermis: „semina suspensa albuminosa“ (Wr.). — Cuba occ. (Wr. 3210). E.

5. Anthurium „palmatum Kth.“ (Rich.)

6. Philodendron „hederaceum Schtt.“ (Desc.)

7. Philodendron Wrightii Gr. scandens, foliis alternis sinu modice patente cordatis late oblongis apice rotundato-deltoideis breviter mucronatis (8″—9″ longis, 5″—5½″ latis): lobis basilaribus postice obtusato-rotundatis: venis majoribus sub4jugis parum distinctis, omnibus versus marginem laminae adscendentibus, petiolo quam lamina breviori (3″—4″ longo,

infra medium alato-marginato: ala apice abrupta latiuscula, pedunculis axillaribus solitariis spathae aequilongis, spatha (2″—3″ longa) supra basin amplexantem demum planiuscula crassiuscula spadicem aequante et ejus dorso demum firme applicita. — Affine *P. hederaceo*, ab ic. Jacquin. foliis subobtusis et spatha brevi valde distinctum, rudiori iconi Plumieri folii apice quoque dissimile. — Cuba orient. (Wr. 3211). E.

8. **Philodendron Clementis** Wr. scandens, foliis sinu apertissimo cordato-ovatis apice rotundato-deltoideis obtusiusculis (15″ longis, 12″ ad basin latis): lobis basilaribus semiorbicularibus: margine per sinum rotundatum (1″ latum) juxta venas costales ad petioli apicem descendente: venis majoribus loborum basilarium utrinque quaternis, ceteris sub6jugis distinctis, omnibus versus marginem laminae adscendentibus, petiolo . . . (apice 8‴ lato), pedunculo brevi, spatha (3″—4″ longa) dorso planiuscula spadicem paullo superante et margine incurvato claudente. — „Caulis scandens, 20—30pedalis. Spatha purpurea; ovarium 7—9loculare, stigmate 7—9lobo, loculis multiovulatis, ovulis subascendentibus" (Wr.). — Cuba occ., pr. Retiro (Wr. 3212). E.

9. **Philodendron lacerum** Schtt. (Wr. 602).

10. **Xanthosoma „sagittifolium** Schtt." (Rich.)

11. **Andromycia cubensis** Rich. (Wr. 3213 ex ic. Rich. t. 89; *Acontias* Schtt. ex descr.?). E.

12. **Arisaema atrorubens** Bl.? (Wr. 1469).

13. **Pistia „occidentalis** Bl." (Rich.)

14. **Pistia commutata** Schleid. (Wr. 3214).

15. **Lemna minor** L. (Wr. 3215).

16. **Lemna trisulca** L. (Wr.)

CXXII. TYPHACEAE.

1. **Typha angustifolia** L. (Wr. „600"); var. *domingensis* Pers. (Rug. 651. 911).

CXXIII. PALMAE.

1. **Copernicia hospita** Mart. (Wr. 3216: speciminibus sec. cl. Wendland interest spadix glaber, alienam novamque speciem generis indicans). E.

2. **Copernicia Wrightii** Gr. Wendl. foliis profunde palmatifidis ($1\frac{1}{2}$′ longis): laciniis lineari-acuminatis ad medium

bifidis (infra divisionem 8‴—10‴ latis, exterioribus angustioribus): filis interjectis nullis: petiolo margine spinoso; spadicis ramis gracilibus nutantibus pilosis (8″—4″ longis): vaginis specialibus nullis: glomerulis remotiusculis, perigonio exserto glabriusculo. — A ceteris speciebus eo recedit, quod vaginae ad axin primarium spadicis (v. pedunculum) restrictae, rami ejus vero basi evaginati sunt. — Cuba occ. (Wr. 3217). E.

3. Sabal umbraculifera Mart. (Wr. a. 1865).

4. Sabal „palmetto Lodd.“ (Kth.)

5. Porothrinax pumilio Wendl. ined. (*Thrinax* Lodd.; Wr. 3219e: fructus solum exstat in collectione ad cl. Wendland missa, albumine centro perforato, margine haud ruminato).

6. Thrinax Martii Gr. Wendl. (*T. parviflora* Mart., non Sw.; Wr. 3219a: spadix fructifer; 3219d: spadix florens, lanatus; colitur idem in horto Herrenhusano).

7. Thrinax argentea Mart., Lodd. (Wr. 3218; 3219c: spadix florens; 3219b: folium).

8. Thrinax „multiflora Mart.“ (Rich.)

9. Thrinax „radiata Lodd.“ (Mart.)

10. Thrinax rigida Gr. Wendl. trunco „gracili (30′ alto, 2″ diam.)“, foliis virentibus elastice rigidis glabris: laciniis basi unitis abruptim acuminatis (9″ longis, 6‴—8‴ latis): ligula producta convoluta, spadice brevi: ramis simpliciusculis: floribus brevissime pedicellatis, staminibus 6. — Affinis *T. barbadensi* Lodd. — Cuba or., La Catalina (Wr. 3220). E.

11. Thrinax Miraguana Mart. (Wr. 3221; *T. Yuraguana* Rich.). E.

12. Trithrinax compacta Gr. Wendl. trunco „excelso (50′ alto)“, foliis (3′ longis) ad $^1/_3$—$^1/_2$ palmatifidis supra pallide virentibus subtus albido-glaucis ad basin induplicativis et mediano subtus cariniformi multiplicativis: laciniis (ad basin 2″—$1^1/_2$″ latis) sensim acuminatis apice demum bifidis: filis interjectis nullis: petiolo inermi „demum basi fisso“ (Wr.) biconvexo, spadice inferne multibracteato apice multiramoso: ramis compactis breviusculis, spathis basilaribus dense lanatis. — Affinis *T. aculeatae* Liebm., sed forsan inermis; in Cuba nominatur „Palma Caule“ (Wr.). — Cuba or., pr. Favallon, Cayo del Rey (Wr. 3222). E.

13. Gaussia princeps Wendl. in Göttinger Nachrichten. 1856 p. 327 (Wr. 3224). E.

14. Euterpe Manaele Gr. Wendl. in pl. Wr. p. 530 (Wr. 1468). E.

15. Oreodoxa regia Kth.; Fl. p. 517, ubi corrigantur in diagnosi utriusque speciei „fibres of the mesocarp“ et legatur „fibres of the rhaphe“, porro in locis *O. oleraceae* deleatur Cuba: nam quam miserat cl. Wright species ad *O. regiam* pertinet, flore majori et „fructu minori 4‴ — 6‴ longo“ distinguenda, nec nisi unam Oreodoxam in Cuba se vidisse, affirmat Wr. in lit.: staturam ejus, quam cl. de Martius ex auctoritate Humboldtii 40′ — 60′ altam declaraverat, multo altiorem neque *O. oleraceae* cedere monet, vetustasque arbores 110′ attingere. (Wr. 1467).

16. Geonoma (Calyptronoma) Swartzii Gr. Wendl. (Wr. 1466; *Elaeis occidentalis* Sw.; *Calyptronoma Swartzii* Gr. Fl. p. 518).

17. Geonoma (Calyptronoma) dulcis Wr. „trunco 15′ — 25′ alto basi subaequali“, folii segmentis anguste lineari-acuminatis integris petiolo communi profunde canaliculato juxta marginem insertis 4 — 5nerviis (15″ — 18″ longis, 8‴ — 10‴ latis): plicatura basilari ad dorsum petioli haud extensa, spadicis ramis divisis, specialibus approximatis (5″ — 6″ longis). — „Habitus praecedentis, folia 11′ longa; staminum tubus dulcis, comeditur“ (Wr.): ceterum cum praecedentis structura convenit, cui segmenta folii duplo fere latiora, 7 — 8nervia, apice fissa, basi late ad dorsum petioli usque plicata. — Cuba occ., pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

18. Bactris Plumieriana Mart. (Wr. 599, 1465).

19. Acrocomia lasiospatha Mart. (Wr. 3223).

20. Cocos „crispa Kth.“ (Humb.)

21. Cocos „nucifera L.“

CXXIV. COMMELYNEAE.

1. Campelia Zanonia Rich. (Wr. 697, 1527).

2. Campelia „glabrata Kth.“ (Wr. sec. Hasskarl).

3. Tradescantia geniculata Jacq. (Pl. Wr.: sphalmate „paniculata“); var. *effusa* Mart. (Wr. 1714. 3225).

4. Tradescantia „discolor Sw.“ (Rich.)

5. Callisia umbellulata Lam. (Wr. 695).

6. Commelyna cayennensis Rich. (Wr. 698).

7. Commelyna persicarifolia DC. (Wr. 696).

8. Commelyna elegans Kth. (Rug. 107. 679).

9. Commelyna „angustifolia Mich.“ (Rich.)

✠ Commelyna „longicaulis Jacq.“ (Ramon).

CXXV. XYRIDEAE.

1. Xyris (Euxyris) grandiceps Gr. procera, glabra, scapo (3′ alto) ancipiti-compresso folia fere duplo superante, foliis striatis laevibus latiuscule ensatis (inferne 4‴—5‴, ad basin 7‴ latis) lineari-acuminatis apice ipso obtusiusculis, capitulo ovoideo (12‴—8‴ longo) multifloro: bracteis late ovalibus subintegris: area dorsali ovata, sepalis lateralibus oblongo-linearibus obtusiusculis bractea demum duplo longioribus: ala tenui superne serrulata. — Affinis *X. fimbriatae* Ell. — Cuba occ. (Wr. 3226). E.

2. Xyris (Euxyris) falx Gr. glabra, scapo (2′—3′ alto) compressiusculo unicarinato folia duplo superante, foliis strictis laevibus gramineis (2‴ latis) breviter acuminatis apice obtusiusculis, capitulo ovoideo (8‴—6‴ longo) multifloro: bracteis late obovatis rotundato-obtusis subintegris a medio area dorsali deltoideo-ovata instructis, sepalis oblongo-linearibus acutis bractea demum duplo longioribus exalatis superne obscure eroso-serrulatis: parte exserta falcata: carina tenui laeviuscula. — Cuba occ. (Wr. 3227). E.

3. Xyris (Euxyris) gymnoptera Gr. glabra, scapo (2′—1′ alto) angulato apice compresso folia plus duplo superante, foliis strictis gramineis (2‴ latis) breviter acuminatis apice obtusiusculis margine scabriusculis, capitulo ovoideo-globoso multifloro (6‴ longo): bracteis late obovatis rotundato-obtusis subintegris a medio area dorsali breviter ovato-oblonga v. ovato-subrotunda instructis, sepalis lateralibus oblongo-lanceolatis acuminatis bracteam aequantibus alatis: ala sursum attenuata inferne latiuscula eciliata ad aciem scabritie minutissima instructa. — Affinis *X. communi* Kth., sed ala sepalorum ciliis destituta. „Flores lutei" (Wr.). — Cuba occ., in humidis (Wr. 3228). E.

4. Xyris (Nematopus) navicularis Gr. glabra, scapo (2′ alto) gracili 1—2carinato folia plus duplo superante, foliis strictis gramineis (1‴ latis) lineari-acuminatis apice ipso obtusiusculis laevibus, capitulo ovato v. ovato-subgloboso multifloro (4‴—8‴ longo): bracteis ovatis obtusatis v. rotundatis: area dorsali brevi oblonga infraapicali, sepalis lateralibus naviculari-complicatis lanceolatis acutis bractea brevioribus capsulam superantibus: ala dorsali angusta acie denticulato-scabra. — Cuba occ. (Wr. 3229). E.

5. Xyris (Nematopus) bicarinata Gr. scapo ($1\frac{1}{2}$′—1′ alto) gracili 2(-1)carinato superne compresso folia multo

superante, foliis tortuoso-strictis gramineis ($^2/_3'''$ latis) anguste linearibus tenuiter acuminatis margine minutissime scabriusculis, capitulo ovato-subgloboso 10—12floro (4''' longo): bracteis late ovatis rotundatis: area dorsali brevi deltoideo-subrotunda v. deltoideo-oblongata infraapicali, sepalis lateralibus naviculari-complicatis semiovatis acutis bractea brevioribus capsulam excedentibus: ala dorsali angusta acie fimbriato-denticulata. — Affinis praecedenti, sed scabriuscula et sepala lateralia duplo latiora. — Cuba occ. (Wr. 3230). E.

6. Mayaca fluviatilis Aubl. (Wr. 3231: var. pedunculo brevi recurvo).

7. Mayaca Wrightii Gr. foliis lineari-capillaceis (6''' longis) remote denticulatis v. integerrimis apice capillaceo minute 2dentatis, antheris . . ., pedunculis capsulae 6—8spermae aequilongis patentibus folio multo brevioribus ($1^1/_2'''$ longis). — Cuba occ. (Wr. 3232). E.

CXXVI. RESTIACEAE.

1. Paepalanthus (Eupaepalanthus) pungens Gr. perennis, foliis dense rosulatis glabris rigidis nitidis e basi latiuscula saepe complicata (5'''—3''' lata) late linearibus acuminatis apice pungenti-acutis (3'' longis), pedunculis pluribus elongatis (1' longis) monocephalis piliferis superne lanato-pilosis: vagina foliis aequilonga in laminam pungenti-acuminatam oblique productis, capitulo albido-villoso hemisphaerico (4''' diam.): involucri foliolis deltoideis capitulo brevioribus glabris fuscis, bracteolis spathulato-lanceolatis apice subtruncatis, sepalis exterioribus 2, ♂ spathulatis, ♀ ovato-oblongis, interioribus foemineis brevioribus, tubo ♀ filiformi breviter bilobo membranaceo staminibus breviter exsertis adnato, ovario biloculari stylo breviori: stigmatibus bifidis. — Cuba or. pr. Baracoa (Wr. 3233). E.

2. Paepalanthus (Eupaepalanthus) seslerioides Gr. rhizomate crasso perennans, foliis dense rosulatis piliferis v. glabris rigide recurvis linearibus saepe subcomplicato-concavis breviter acuminatis apice ipso obtusiusculis (2'' longis, $1^1/_2'''$—1''' latis), pedunculis pluribus elongatis (8''—10'' longis) monocephalis ubique et ad vaginam lanato-piliferis: vagina foliis subaequilonga in laminam membranaceam acutam oblique productis, capitulo albido-villoso subgloboso (4''' diam.): involucri foliolis ovato-deltoideis v. oblongo-lanceolatis glabris v. interioribus ciliatis fuscis capitulo superatis,

bracteolis sepalisque ♂ exterioribus spathulatis acutis apice comatis, sepalis ♀ bis ternis subhomomorphis oblongo-linearibus obtusis, tubo ♂ clavato membranaceo apice trilobo involuto: staminibus 3 exsertis, ovario triloculari stylo breviori: stigmatibus bifidis. — Habitus *Lachnocauli Michauxii* Kth., sed structura aliena. — Cuba occ. (Wr. 3234). E.

3. Paepalanthus (Trichocalyx) androsaceus Gr. radice fibrosa annua: fibrillis spongiosis, foliis dense rosulatis planis linearibus acutiusculis v. apice ipso obtusiusculis piliferis v. glabratis (10‴—16‴ longis, $^1/_2$‴ latis, pedunculis pluribus torto-striatis gracilibus (2″—5″ longis) monocephalis pilosulis: vagina foliis superata in laminam herbaceam acuminatam oblique producta, capitulo hemisphaerico 2‴ diam.) superne glabriusculo: receptaculo piloso, involucri foliolis badiis v. flavescentibus glabris imbricatis capitulum aequantibus, exterioribus deltoideis, interioribus ovato-oblongis, omnibus acutis, floribus membranaceis inferne piligeris, calyce ♂ exteriori infundibulari trisecto: segmentis elliptico-oblongis acutis: stipite filiformi, ♂ interiori brevi brevissime involuto-3lobo: staminibus 3 exsertis exteriori calyce superatis, sepalis ♀ bis ternis inferne pilosis distinctis, exterioribus oblongo-lanceolatis, interioribus oblongo-linearibus, ovario triloculari stylo breviori: stigmatibus simplicibus: appendicibus nullis. E.

α. involucri foliolis badiis: deltoideis paucis, foliis pilosulis olivaceo-virentibus. — Cuba occ. (Wr. 3235).

β. flavescens, involucri foliolis flavescentibus: deltoideis pluriserialibus, foliis glabris laete virentibus. — Cuba occ. (Wr. 3236).

4. Paepalanthus (Psilocephalus) lagopodioides Gr. annuus, nanus, foliis rosulatis planis linearibus acuminatis apice ipso obtusiusculis subpellucidis glabriusculis transversim septatis (5‴—10‴ longis, $^1/_2$‴—$^3/_4$‴ latis), pedunculis (2″—1″ longis) numerosis filiformibus torto-5striatis monocephalis piliferis: vagina foliis breviori densius pubescente in laminam acuminatam integram producta, capitulo hemisphaerico (2‴ diam.) superne glabriusculo: receptaculo piloso, involucri foliolis testaceo-subscariosis ellipticis oblongisque acutis, interioribus longioribus flores paullo excedentibus, floribus membranaceis inferne parce piliferis, calyce ♂ exteriori campanulato trisecto: segmentis ellipticis conniventibus: stipite filiformi, ♂ interiori involuto-trilobo: staminibus 3 exsertis, sepalis ♀ exterioribus distinctis lanceolatis, inte-

rioribus aequilongis erectis medio cohaerentibus, ovario triloculari stylo subaequilongo: stigmatibus simplicibus: appendicibus nullis. — Proximus *P. flavidulo* Kth. (floridano), distinctus involucri foliolis acutis, foliis latioribus et statura minori: habitu quoque accedit ad formas rosulatas *P. caulescentis*, cui floris ♀ structura diversa. — Cuba occ. (Wr. 3237). E.

5. Eriocaulon scirpoides Gr. Astole, radice fibrosa annua, foliis rosulatis lineari-subulatis transversim septatis pellucidis 5—7nerviis (12‴—8‴ longis), pedunculis solidis filiformibus numerosis folia 2—3plo superantibus (1½″—3″ longis): vagina subinflata oblique fissa apice obtusa, capitulis obovato-subglobosis (1‴ diam.) pallide viridiflavis superne glabriusculis androgynis: receptaculo piloso, involucri foliolis obovatis obtusis glabris capitulum aequantibus, calyce ♂ exteriori bisecto: segmentis spathulatis: stipite brevi, ♂ claviformi antheris 4 brevissime superato, sepalis ♀ exterioribus 2 aequalibus dorso late alatis obovatis ab interiori remotiusculis, interioribus 2 erectis oblongo-linearibus, ovario biloculari: stylo bifido. — Cuba or. (Wr. 3238), occ. (Wr. a. 1865). E.

6. Eriocaulon fuliginosum Wr. Astole, radice fibrosa annua, foliis rosulatis lineari-subulatis transversim septatis pellucidis 7nerviis (2″—1″ longis), pedunculis solidis filiformibus numerosis folia 2—4plo superantibus (6″—2″ longis): vagina oblique fissa in apicem membranaceum acutiusculum saepe fissum producta, capitulis ovato-subglobosis (1‴ diam.) fuligineo-atris glabris dioecis, involucri foliolis membranaceis acutis capitulo superatis, exterioribus deltoideis, interioribus ovato-oblongis, flore ♂ . . ., sepalis ♀ exterioribus 3 inaequalibus a calyce interiori remotiusculis, 2 angustis dorso late alatis, tertio obovato exalato, interioribus 3 inaequalibus, 2 angustis bicuspidatis, tertio spathulato, ovario biloculari, stylo bifido. — Cuba occ. (Wr. 3239). E.

7. Eriocaulon melanocephalum Kth. (Wr. 3240); var. *longipes* (Wr. 3241: recedit caule natante, pedunculis elongatis pedalibus, staminibus 3 fertilibus, 3 sterilibus (an semper?); convenit cum altera forma cubensi humili (*α*) foliis flaccidis brevibus, vagina inflata fissa).

8. Tonnina fluviatilis Aubl. (Wr. 3242).

CXXVII. GRAMINEAE.

1. Arthrostylidium fimbriatum Gr. pl. Wr. p. 531 (Wr. 1554). E.

2. Arthrostylidium cubense Rupr.; var. (Wr. a. 1865: a descr. non recedit nisi foliis angustioribus 2‴ latis; „subscandens, 10pedalis). E.

3. Arthrostylidium capillifolium Gr. l. c. (Wr. 738). E.

4. Arundo saccharoides Gr. Fl. p. 530 (Wr. 1560; 3477: forma latifolia, ♂, ubi lana deest).

5. Uniola virgata Gr. Fl. p. 531 (Rug. 870).

6. Uniola paniculata L. (Wr. a. 1865).

7. Eragrostis excelsa Gr. Eueragrostis, perennis, stricta, excelsa (8′–10′ alta), caule solitario simplici in paniculam bipedalem diviso foliisque glabris, his lineari-acuminatis elongatis planiusculis (2‴ latis): ligula ciliari, panicula effusa laxa inferne interrupta: ramis solitariis geminisque (6″ longis) iterato-divisis basi glabris, spiculis lanceolato-linearibus 5–8floris pedicello subaequilongis: glumis fertilibus lanceolatis acutiusculis 3nerviis (1‴ longis): palea superiori ciliolata parum breviori. — Statura, internodiis paniculae 2″—4″ longis, ejus ramis divisis et floribus angustis ab *E. prolifera* Steud. differt. — Cuba occ. (Wr. 3425). E.

8. Eragrostis prolifera Steud. (Wr. a. 1865).

9. Eragrostis pilifera Benth. in pl. Spruceanis (Wr. a. 1865; *Poa pilifera* Scheele ex descr.)

10. Eragrostis glutinosa Tr. (Wr. 3423).

11. Eragrostis pilosa P. B. (Wr. 745).

12. Eragrostis bahiensis Schrad. (Wr. 3424).

13. Eragrostis reptans Ns. (Wr. a. 1865).

14. Eragrostis sudans Gr. Eueragrostis, annua, humilis (3″—4″ alta), caulibus ramosis caespitoso-adscendentibus vaginisque viscosis, foliis brevibus rigidiusculis convoluto-setaceis acuminatis striatis margine pilosulis v. glabratis glaucescentibus: margine ligulari ciliari, panicula racemiformi (1″—1½″ longa): ramis solitariis simplicibus abbreviatis v. imis 2—3 spiculas gerentibus, spiculis lineari-oblongis v. ovato-oblongis 3—12floris breviter pedicellatis: glumis fertilibus oblongo-lanceolatis obtusiusculis membranaceis (⅔‴ longis): nervis 3(—5) prominulis: palea superiori ciliolata paullo breviori. — Habitu *E. reptanti* et *maypurensi* accedens, distincta viscositate, spiculis vulgo paucifloris, palea longiori. — Cuba or. (Wr. 3422). E.

15. Eragrostis ciliaris Lk. (Wr. 1550).

16. „Festuca laxiflora Rich.“ (Rich.). E.

17. Sporobolus virginicus Kth. (Poepp. pl. cub.; Wr. a. 1865).

18. Sporobolus domingensis Kth. (Wr. a. 1865).

19. Sporobolus purpurascens Ham. (Wr. 3427).

20. Sporobolus indicus R. Br. (Wr. 1537).

21. Sporobolus Jacquemontii Kth. (Wr. 3426).

22. Reynaudia filiformis Kth. (Wr. 3428; *Polypogon cubensis* Rich. ex descr.)

23. Aristida stricta Mich. (Wr. 736, 737, 3430).

24. Aristida refracta Gr. Chaetaria, culmo gracili (vix 1′ alto), foliis setaceo-filiformibus: ligula ciliata, panicula angusta interrupta: ramis solitariis v. geminis, glumis sterilibus mucronato-acuminatis, inferiori ad carinam scabra, superiori longiori (3‴ longa) glumam fertilem paullo excedente, arista cum gluma continua tripartita: segmentis supra basin refracto-tortis subaequalibus florem 3—4plo superantibus (8‴ longis). — Cuba occ. (Wr. 3431). E.

25. Aristida purpurascens Poir. (Wr. 3432).

26. Aristida interrupta Cav. ex ej. ic. t. 471 f. 1 (Wr. 3433).

27. „Streptachne cubensis Rich." (Rich.). E.

28. Milium (Leptocoryphium) lanatum R. S. (Wr. 3429).

29. Leersia hexandra Sw. (Wr. 3434).

30. Leersia monandra Sw. (Wr. 731).

Achlaena Gr. (nov. gen. Oryzearum, Microlaenae affine).

Spiculae hermaphroditae, uniflorae, stipitem brevem basi barbellatum cum pedicelli apice minute cupuliformi articulatum terminantes, cum stipite caducae. Glumae infra stipitem nullae, steriles (floribus neutris Microlaenae analogae) 2, inferior aristiformis, superior coriaceo-convoluta, lanceolato-linearis in aristam inferiori longiorem abiens. Flos fertilis inclusus, gluma lanceolato-acuminata convoluta paleam paullo breviorem angustiorem uninervem includente. Stamen 1. Ovarium glabrum, stigmatibus supra medium florem prominulis usque ad basin simpliciter plumosis, pilis longis violaceis. Caryopsis linearis, embryone minuto. — Gramen pluripedale, glabrum, perenne; folia plana, lineari-acuminata, medio canaliculata et subtus obtuse carinata, inferne conduplicata, ima caespitosa, ligula truncata incisa; panicula terminalis, ramis semiverticillatis patentissimis simpliciter racemiformibus basi in nodulum incrassatis; spiculae breviter pedicellatae, scabrae.

Genus Oryzearum et habitu spiculae et structura Micro-

laenae valde affine, nisi quod glumae infra stipitem sitae desunt cupulaque minutissima ipsarum locum tenet. Antheram solitariam in paucis tantum spiculis vidi, qua gravius discrimen a *Microlaena* datur.

31. Achlaena piptostachya Gr. Caulis firmus, cylindricus, internodiis plerisque elongatis; folia ima 8″—12″ longa, 2‴ lata, inferne conduplicativa, vagina laxiuscula in imis hiante; panicula 4″ longa, internodiis plerisque 6‴—8‴, ramis 1″—1 $^1/_2$″, pedicellis 2‴—1‴ longis; spiculae stipes $^1/_2$‴, gluma sterilis inferior 8‴—10‴, superior cum arista 10‴—14‴ longa, haec 7nervis, 3‴ fere supra basin in aristam abiens, florem 2‴ longum includens, muricato-scabra; gluma fertilis 3nervis, dorso aristam inferiorem spectans. — Cuba occ. (Wr. 3487). E.

32. Olyra latifolia L. (Rug. 873; Wr. a. 1865); var. *arundinacea* Tr. (Wr. 746).

33. Olyra pauciflora Sw. (Wr. 732).

34. Olyra pineti Wr. ap. Gr. pl. Wr. p. 532 (Wr. 1536). E.

35. Olyra strephioides Gr. culmis nanis (1″—3″ longis) aggregatis pubescentibus paniculam spiciformem radicalem superantibus v. subaequantibus, foliis deltoideo-ovatis obtusiusculis basi subobliqua rotundato-truncatis ciliolatis et subtus in nervis puberulis brevissime petiolatis (6‴—5‴ longis, 3‴ latis): ligula ciliata: vagina pubescente, panicula pedunculata: pedunculo vaginis incluso: ramis paucis ♂ et ♀ mixtis, terminali ♀, spiculis lanceolatis acuminatis, glumis sterilibus ♀ glabris (1 $^1/_2$‴ longis) flore pubescente conformi sesquilongioribus, ♂ minoribus. — Cuba occ. (Wr. 3435). E.

36. Pharus latifolius L. (*P. scaber* Kth.; Wr. 733).

37. Pharus glaber Kth. (Wr. 733 b).

38. Bouteloua Humboldtiana Gr. pl. Wr. 532 (*Eutriana juncifolia* Kth.; Wr. 734, 739).

39. Leptochloa mucronata Kth. (*L. filiformis* R. S.; Wr. 740, 3436).

40. Leptochloa virgata P. B. (Wr. 741).

41. Leptochloa fascicularis As. Gr. (*Diplachne* P. B.; Wr. a. 1865).

42. Tricuspis simplex Gr. pl. Wr. p. 532 (Wr. 1551). E.

43. Chloris cruciata Sw. (Wr. 1548, 1549).

44. Chloris „eleusinoides Gr. Fl. p. 539 (*C. Sagraeana* Rich.“ ex ic. cit. Sl.)

45. Chloris radiata Sw. (Greene pl. havan.)

46. Chloris ciliata Sw. (Wr. 743).

47. Chloris petraea Thunb. (Liebmann pl. cub.; Wr. a. 1865).

48. Dactyloctenium „aegyptiacum W.“ (Rich.)

49. Eleusine indica G. (Rug. 895; Wr. „744“).

50. Cynodon Dactylon Pers. (Rug. 891).

51. Reimaria acuta Fl. ex ic. Kth. et Trin. (Wr. 3437).

52. Paspalum compressum Ns. (Wr. a. 1865).

53. Paspalum platyphyllum Gr. Eupaspalum, glabrum, culmo elato adscendente compresso plurinodi, foliis planis distantibus breviter acuminatis (3″—4″ longis, 4‴—6‴ latis): vagina laxa compressa, spicis subternis distantibus secundis laete virentibus (2″ longis): rhachi concava dorso carinata spiculis angustiori, spiculis biserialibus majusculis breviter pedicellatis ovato-lanceolatis acutiusculis glabris (fere 2‴ longis), gluma ima sterili conspicua, tertia florem transversim rugulosum aequante 5nervi: nervis superne venis transversim connexis, palea rhachim respiciente. — Ob affinitatem cum *P. compresso* Ns., quo vulgo refertur *P. foliosum* Kth., hanc cubensem formam in catalogo dubitanter ita scripseram: obstat vero, quod Rich. aliam ita nominavit et ex diagnosi Kunthii nimis succincta dubitatio solvi nequit. A *P. compresso* habitu et palea superiori axin respiciente conformi egregie nostrum differt nodis 5—6, spicis 2″ distantibus paullum arcuatis, spiculis majoribus earumque nervatione. — Cuba occ. (Wr. 3441), in humidis pr. Zarabanda (Wr. a. 1865). E.

54. Paspalum conjugatum Berg. (Wr. 767).

55. Paspalum Lindenianum Rich. ex descr. (Wr. 3445; *P. megaphyllum s. longifolium* Steud. ex Lind. 1813). E.

56. Paspalum nanum Wr. Eupaspalum, caespitosum, culmo „inclinato“ tenui (4″—8″ longo), foliis planis acuminatis subtus vaginisque villoso-pilosis (imis 2″—3″ longis, culmeis abbreviatis distantibus, spica terminali solitaria glabra (12‴—8‴ longa): rhachi filiformi convexo-concava spiculis angustiori, spiculis 2serialibus ellipticis obtusiusculis breviter pedicellatis (1‴ longis): glumis sterilibus 3nerviis margine tumidis et ex margine transversim 2—3plicatulis florem aequantibus, fertili convexa rhachin respiciente. — Plicis glumarum imitatur *P. plicatulum* Mich. — Cuba occ., in savanis pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

57. Paspalum distichum L.; var. *vaginatum* Sw. (Wr. 1546: variat rhachi latiori; *P. inflatum* Rich. ex descr.)

58. **Paspalum notatum** Fl. (Wr. 3438; *P. foliosum* Rich. ex descr., an Kth.?)

59. **Paspalum filiforme** Sw. (Wr. 769).

60. **Paspalum alterniflorum** Rich. (Rug. 894; Wr. a. 1865: a proximo praecedente differt spicis pluribus rectiusculis, spiculis margine pilosis ovato-oblongis). E.

61. **Paspalum pulchellum** Kth. (Wr. 3439).

62. **Paspalum dissectum** L. ex Trin. t. 124 (*P. commutatum* Ns.; Wr. 3440).

63. **Paspalum setaceum** Mich. (Wr. 3442: forma foliis superne glabriusculis).

64. **Paspalum caespitosum** Fl. (Wr. 3443; 3444: forma vaginis pilosis).

65. **Paspalum glabrum** Poir. (Wr. a. 1865: forma spicis 2).

66. **Paspalum plicatulum** Mich. (Wr. 768).

67. **Paspalum virgatum** L. (Wr. 3446); var. *stramineum* Gr. Fl. p. 543 (Wr. a. 1865).

68. **Paspalum paniculatum** L. (Wr. 766).

69. **Paspalum densum** Poir. (Wr. 3447).

70. **Digitaria filiformis** Mühlenb. (Wr. 1544).

71. **Digitaria pulchella** Gr. tenera, breviter stolonifera, culmo filiformi e basi fractiflexa adscendente glabro (4″—8″ longo), foliis culmeis in vaginam reductis, stolonum brevibus internodium subduplo superantibus oblique oblongo-lanceolatis mucronulato-obtusiusculis brevissime petiolatis glabris (6‴—4‴ longis, $1^1/_2$‴—1‴ latis): vagina ciliolata: ligula ciliari, spicis subgeminis erectis (1″ longis): rhachi filiformi, spiculis lanceolatis obtusiusculis: gluma sterili ima nulla, secunda et tertia subaequalibus trinerviis (1‴ longis) fertili ($1^1/_4$‴ longa) paullo brevioribus. — Habitus *Panici pulchelli* Trin., structura *Digitariae filiformis* Mühlb., nisi quod palea inferior glumas excedit glumaeque angustiores; folia sicca nigricantia. — Cuba or. (Wr. 3448). E.

72. **Digitaria marginata** Lk. (Wr. 765; *Panicum sanguinale* Rich. cub. ex loco, nec L.); var. *eriogona* Lk. (Wr. a. 1865).

73. **Digitaria setigera** Rth. (Wr. 764).

74. **Eriochloa punctata** Ham. (Wr. 1542).

75. **Stenotaphrium americanum** Schrk. (Wr. 3490).

76. **Orthopogon** „**hirtellus** R. Br.“ (Rich.)

77. **Orthopogon loliaceus** Spreng. (Wr. 751).

78. **Orthopogon setarius** Spreng. (Wr. 1543; *Oplis-*

menus undulatifolius Rich.? ex loco: descriptio vero *O. undulatifolium* Spreng. exhibet).

79. Panicum (Harpostachys) Lolium Ns. (Wr. 3449; *P. rottboellioides* Kth. var. sec. Trin.)

80. Panicum (Brachiaria) paspaloides Pers. (Wr. 761).

81. Panicum (Brachiaria) colonum L. (Wr. 752).

82. Panicum (Brachiaria) crusgalli L. (Rug. 889).

83. Panicum (Virgaria) prostratum Lam. (Rug. 195; Wr. 762).

84. Panicum (Virgaria) grossarium L. (Wr. a. 1865).

85. Panicum (Virgaria) distantiflorum Rich. (Wr. 3452). E.

86. Panicum (Virgaria) fuscum Sw. (Wr. 754).

87. Panicum (Virgaria) molle Sw. (Wr. 1545; *P. Valenzuelanum* Rich.: forma spiculis pubentibus?).

88. Panicum (Virgaria) oryzoides Sw. (Wr. 3466).

89. Panicum (Virgaria) stenodes Gr. Fl. p. 547 (Rug. 874; Wr. a. 1865: variat spiculis $^1/_2$‴—1‴ longis).

90. Panicum (Virgaria) neuranthum Gr. erectum v. adscendens, gracile, exceptis spiculis glabrum (1′ altum), foliis lineari-acuminatis subinvolutis, panicula angusta brevi (1″ longa) fere in racemum vagina involutum reducta, spiculis minutis ($^1/_2$‴—1‴ longis) ovalibus pubescentibus erectis irregulariter secundis, gluma ima minuta subenervi deltoidea ceteris triplo-multo breviori, secunda et tertia prominulo-7nervibus florem fertilem aequantibus, flore fertili tereti ovoideo obtuso laeviusculo longitudinaliter 7nervi. — Affine *P. stenodi* Gr. E.

α. Erectum, foliis involutis, spiculis $^1/_2$‴ longis subrotundo-ovalibus obtusis glumam imam triplo superantibus. — Cuba or. (Wr. 3453); occ., in savanis pr. Hanabana (Wr. a. 1865: forma ascendens, ramosa, foliis planis, spiculis ut in *α*).

β. ramosum, ascendens, ramosum, foliis planis, spiculis 1‴ longis ellipticis obtusiusculis glumam imam multo superantibus. — Cuba occ. (Wr. 3454).

91. Panicum (Virgaria) proliferum Lam. var. *pilosum* (Wr. a. 1865, ad lagunas: nullum discrimen video nisi vaginas cum foliis inferne molliter pilosas; a *P. colorato* L. (capensi) valde differt gluma prima parva et tertia palea carente); var. *strictum* (Wr. 3456: forma elata, vaginis glabris).

92. Panicum (Virgaria) diffusum Sw. (Wr. 1540).

93. Panicum (Virgaria) durum Gr. pl. Wr. p. 533 (Wr. 1539).

94. Panicum (Virgaria) laxum Sw. (W. 759); var. *variegatum* Gr. (Wr. 3450: gluma secunda et tertia purpurascentibus, tertia secundam excedente florem aequante).

95. Panicum (Virgaria) distichum Lam. (Rich.); var. *pilosum* Sw. (W. 3451).

96. Panicum (Virgaria) maximum Jacq. (Liebmann pl. cub.)

97. Panicum (Virgaria) virgatum L. (Rich.); var. *cubense* (Wr. a. 1865: forma gluma ima minori spiculam dimidiam aequante acuta, vix acuminata).

98. Panicum (Virgaria) Rudgei R. S. (Wr. a. 1865).

99. Panicum (Virgaria) hirsutum Sw. (Wr. a. 1865).

100. Panicum (Virgaria) Lindenii Gr. („*P. obtusiflorum* Rich. cub." non Hochst.; „Lind. 2143"). E.

101. Panicum (Ichnanthus) pallens Sw. (Wr. 750, 3468: 750 posterius: spiculis monstrosis in glumas 4—10 steriles mutatis).

102. Panicum (Lasiacis) divaricatum L. (Wr. 747); var. *puberulum* Gr. (Wr. 748).

103. Panicum (Lasiacis) Rugelii Gr. scandens, ramosum, villoso-pubescens, foliis brevibus (9'''—18''' longis, 3'''—6''' latis) oblongo-lanceolatis cuspidato-acuminatis basi oblique rotundatis, panicula simpliciuscula expansa: pedicellis angulatis inaequalibus, spiculis (2''' longis) obovatis obtusiusculis glabris demum nigricantibus, gluma ima parva amplexicauli-deltoidea nervosa, binis sequentibus aequalibus 5—7nerviis florem obtusiusculum includentibus. — Proximum *P. divaricato* L.; truncus lignosus, filiformis, ramulis herbaceis palmaribus v. spithameis. — Cuba occ., in fruticetis montium pr. Matanzas „scandens" (Rug. 188); (Wr. 3465). E.

104. Panicum (Lasiacis) Sloanei Gr. Fl. p. 551 (Rug. 872; Wr. a. 1865).

105. Panicum (Lasiacis) martinicense Gr. Fl. p. 552 (Wr. 3457).

106. Panicum (Miliaria) glutinosum Sw. (Wr. 757).

107. Panicum (Miliaria) rugulosum Trin. var. *hirtiglume* Gr. (Wr. 3455: panicula laxa, ramis solitariis distantibus, spiculis pubescentibus; *P. ruscifolium* Rich. ex descr., vix Kth.)

108. Panicum (Miliaria) cayennense Lam. (Wr.)

109. Panicum (Miliaria) brevifolium L. (Wr. 1538).

110. Panicum (Miliaria) cyanescens Ns. (Wr. 3458, 3459).

111. Panicum (Miliaria) trichanthum Ns. (Wr. 753).

112. Panicum (Miliaria) dichotomum L. (*P. pubescens* Lam. ap. Rich.); var. *glabrescens* Gr. Wr. 3462: forma spiculis puberulis: Wr. 3463); var. *nodiflorum* Lam. (Wr. 3460: forma glabriuscula; Wr. 3461: forma angustifolia, pilosa aut glabra).

113. Panicum (Miliaria) viscidum Ell. ex descr. (Wr. 3467).

114. Panicum (Miliaria) exiguiflorum Gr. (*P. minutiflorum* Rich. ex descr., non Hochst.; Wr. a. 1865). E.

115. Isachne leersioides Gr. pl. Wr. p. 533 (Wr. 755, 756). E.

116. Hymenachne myurus P. B. (Wr. 3469).

117. Hymenachne fluviatilis Ns. (Wr. 3470).

118. Hymenachne striata Gr. Fl. p. 554 (Wr. a. 1865).

119. Setaria glauca P. B. (Wr. 3472); var. *imberbis* R. S. (Wr. a. 1865); var. *penicillata* Gr. (Wr. 3473); var. „*flava* Kth.“ (Rich.)

120. Setaria onurus Gr. Fl. p. 555 (Wr. 3474).

121. Setaria setosa P. B. (Rug. 880; Wr. a. 1865).

122. Pennisetum setosum Rich. (*P. uniflorum* Kth.; Wr. 3475).

123. Gymnothrix domingensis Spreng. (Wr. 1547).

124. Cenchrus „myosuroides Kth.“ (Kth.; vidi ex Haiti).

125. Cenchrus echinatus L. (Wr. 3476).

126. Cenchrus distichophyllus Gr. caespitoso-perennis, surculis sterilibus erectis, foliis distichis brevibus (8‴—12‴ longis) involuto-filiformibus apice pungentibus rigidis: vaginis plerisque folio brevioribus pubescentibus, spica brevi (1″ longa) interrupta, involucro parvo spiculam solitariam excedente ultra medium multilobo: tubo ovoideo-globoso: lobis subulato-filiformibus pungentibus patentibus, exterioribus brevioribus setaceis, glumis muticis nervosis, ima brevi, ceteris subaequalibus. — Habitus surculorum fere ut in Sporobolo pungente. — Cuba occ. (Wr. 3475). E.

127. Anthephora elegans Schreb. (Wr. a. 1865).

128. Echinolaena sp. Pl. Wr. p. 533 (Wr. 760).

129. Arundinella martinicensis Tr. (Wr. 3478).

130. Arundinella phragmitoides Gr. perennis, procera (6′ alta): nodis sericeis, foliis planis late (6‴—8‴) lineari-acuminatis margine scabris basi ciliatis: vagina hispidula, panicula densa erecta: ramis virgato-divisis, inferioribus semiverticillatis, spiculis lanceolatis virentibus v. purpureo-

viridibus, glumis inaequalibus, ima (fere 2‴ longa) trinervi, secunda longiori quinquenervi florem sterilem plus duplo, fertilem ter superante, arista infra medium geniculata flore fertili (3/4‴ longo) sexies longiori. — Cuba occ. (Wr. 3479). E.

131. ARUNDINELLA CUBENSIS Gr. Pl. Wr. p. 533 (Wr. 1552). E.

132. TRICHOLAENA „INSULARIS Gr.“ (*Panicum saccharoides* Rich., non Kth., ex descr.)

133. LAPPAGO ALIENA Spreng. (Wr. 3489).

134. MANISURIS GRANULARIS Sw. (Wr. 1553).

135. ROTTBOELLIA IMPRESSA Gr. culmo stricto (4′—6′ alto) cylindraceo ramoso: ramis erectis, foliis longiusculis involuto-filiformibus glabris basi ciliatis: vaginis glabris in summa parte ciliatis: ligula brevi rotundata, spicis axillaribus solitariis teretibus (2″ longis, vix 1‴ diam.) pedunculatis, gluma exteriori supra basin transversim foveato-impressa dorso lineis impressis sub5striata puberula glabrescente obtusa, interiori angustiori acutiuscula, pedicello spiculae alterius fertilem aequante libero glumis 2 parvis supra foveam rhacheos prominulis terminato. Cuba occ. (Wr. a. 1865). E.

136. ANDROPOGON (Heteropogon) SECUNDUS W. (Wr. 1559).

137. ANDROPOGON (Gymnandropogon) SACCHAROIDES Sw. (Wr. 1556).

138. ANDROPOGON (Gymnandropogon) „ISCHAEMUM L.“ (Rich.: „Lind. 1818“).

139. ANDROPOGON (Schizachyrium) BREVIFOLIUS Sw. (Wr. 1558).

140. ANDROPOGON (Schizachyrium) TENER Kth. rév. t. 197 (Wr. 3482; *A. leptophyllus* Tr.)

141. ANDROPOGON (Schizachyrium) GRACILIS Spreng. (Wr. 1557, 3484).

142. ANDROPOGON (Schizachyrium) „SCOPARIUS Mich.“ (Rich.)

143. ANDROPOGON (Diectomis) FASTIGIATUS Sw. (Wr. 3483, 3485).

144. ANDROPOGON (Trachypogon) „NUTANS L.“ (Kth.; Sorghum As. Gr.)

145. ANDROPOGON (Trachypogon) SETOSUS Gr. (*Piptatherum* Rich. ex descr.; ab *A. nutante* L. non differt nisi arista breviter exserta strictiuscula et lana spiculae ad pedicellum haud protensa, unde Nees (Agrostogr. brasil. p. 351) utramque ut varietates ejusdem speciei conjungere videtur,

3490 [illegible] (omitted)

Trachypogon stipoides α Ns. nostram designans: arista non geniculata ad Anatherum transit, sed a praecedente parum differt; Wr. a. 1865). E.

146. Anatherum domingense R. S. (Wr. a. 1865).

147. Anatherum bicorne P. B. (Wr. 770).

148. Anatherum macrurum Gr. Fl. p. 559 (Wr. 1555).

149. Anatherum spathiflorum Gr. (*Andropogan* Kth. ex descr.; Wr. 3481).

150. Anatherum inerme Gr. (*Andropogon* Steud. ex descr.; Wr. 3480).

151. Sorghum halepense Pers. (Wr. 3488).

152. Imperata caudata Tr. (Wr. 3486).

153. Triscenia ovina Gr. pl. Wr. p. 534 (Wr. 756). E

Paratheria (nov. gen. Trisceniae affine).

Spiculae lanceolatae, acuminatae, muticae, pedicellatae, pedicello rhacheos trigonae foveolae inserto infra apicem dilatatum bifido: ramo inferiori (interiori v. sublaterali) in aristam elongatam inferne planiusculam transformato, superiori (exteriori) fertili. Glumae steriles 2 infimae abortivae, in squamulas minutas ciliaque intermedia reductae, tertia florem involvens, univalvis, membranaceo-herbaceae. Flos fertilis solitarius: gluma cum tertia sterili alternans eique conformis paleam binerviam includens. Stamina 3. Stigmata supra medium florem emersa. Caryopsis libera, oblonga: embryo fere tertiam albuminis partem aequans. — Gramen annuum, ramosum, prostratum, multicaule, spithameum, habitu fere Brachypodii, foliis planis brevibus acuminatis ad vaginas patulas pilosis, margine ligulari ciliato, spiculis simpliciter racemosis, racemo folium supremum vix superante ejusque vagina inferne incluso.

154. Paratheria prostrata Gr. Folia 1½″—1″ longa, 1‴ lata; racemi 2″—3″ longi, virentes; spiculae remotiusculae, 3‴ longae: arista stricta, scabriuscula, 8‴—10‴ longa. — Cuba occ., in depressis humidis pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

CXXVIII. CYPERACEAE.

1. Cyperus (Pycreus) polystachyus Rottb. Corrigatur sphalma typogr. in Fl. p. 562 char. sect.: spikelets compressed, loco „compound“ (Wr. 3354).

2. Cyperus (Pycreus) bromoides (Wr. a. 1865).

3. Cyperus (Eucyperus) compressus L. (Wr. 1528).

4. Cyperus (Eucyperus) aristatus Rottb. (*C. cuspidatus* et *hamulatus* Kth.; Wr. 3355).

5. Cyperus (Eucyperus) aurantiacus Kth. ex descr. (Wr. 3356).

6. Cyperus (Eucyperus) acuminatus Torr. (Rug. 890; Wr. 700); var. (Wr. a. 1865; *C. humilis* Kth. ex descr.)

7. Cyperus (Eucyperus) confertus Sw. (Wr.)

8. Cyperus (Eucyperus) ochraceus V. (Wr. 707).

9. Cyperus (Eucyperus) viscosus Ait. (Greene pl. havan.; Wr. a. 1865).

10. Cyperus (Eucyperus) surinamensis Rottb. (Wr. 3357).

11. Cyperus (Eucyperus) „vegetus W.“ (Rich.)

12. Cyperus (Eucyperus) „filicaulis Gr. (*filiculmis* Rich.“, non Schrad.)

13. Cyperus (Eucyperus) Haspan L. (Wr. 3358, 706); var. *nudus* Kth. (Wr. 3359; conferatur „*C. navicularis* Steud.“)

14. Cyperus (Eucyperus) lacunosus Gr. perennis, elatus (3′—4′ altus), caule supra basin aphyllo laevi teretiusculo inferne apiceque angulis convexis trigono canalibus aëreis numerosis septulatis perforato, folio basilari cauli subaequilongo canaliculato-triquetro acuminato striato-nervoso et inter nervos cavo septato-lacunoso basi in vaginam longam dorso multicostatam dilatato margine scabriusculo, umbella ampla composita involucro 2phyllo longissimo inaequali superata: radiis in spiculas breviter spicatas basi nodulosas abeuntibus, spiculis (8‴—12‴ longis) oblongo-linearibus 12—24-floris purpureofuscis, glumis remotiusculis oblongo-linearibus mucronulato-obtusiusculis conduplicato-carinatis juxta carinam crassiusculam viridem membranaceis subenerviis (1½‴ longis) internodium filiforme tenuissime marginatum quadruplo superantibus achenium lanceolato-acuminatum trigonum aequantibus et includentibus, staminibus 3(-1). — Juxta *C. Haspan* L. generi inserendus. — Cuba occ. (Wr. 3360). E.

15. Cyperus (Eucyperus) „articulatus L.“ (Rich.)

16. Cyperus (Eucyperus) „rotundus L.“ (Rich.; *C. cubensis* Steud. ex descr.)

17. Cyperus (Eucyperus) brunneus Sw. (Wr. 3361).

18. Cyperus (Eucyperus) sphacelatus Rottb. (Wr.)

19. Cyperus (Diclidium) filiformis Sw. (Wr. 702).

20. Cyperus (Diclidium) havanensis W. (Wr. 3362). E.

21. Cyperus (Diclidium) odoratus L. (Rug. 601a).

22. Cyperus (Diclidium) densiflorus Mey. (Wr.; *C. ferax* Rich.)

23. Cyperus (Diclidium) flexuosus V. (Wr. 704).

24. Cyperus (Diclidium) Vahlii Steud. (Wr. 705; *C. cubanus* Liebm. ex descr.)

25. Cyperus (Diclidium) Ehrenbergii Kth. (Rug. 199).

26. Cyperus (Diclidium) giganteus V., Pl. Wr. p. 535 (Wr. 1529).

27. Cyperus (Diclidium) elatus L. (Wr. 3363).

28. Cyperus (Mariscus) ligularis L. (Rug. 601; Wr. a. 1865).

29. Cyperus (Mariscus) „anceps Liebm." (Liebm.)

30. Cyperus (Mariscus) flavomariscus Gr. Fl. p. 567 (Wr. 730).

31. Kyllinga filiformis Sw. (Rug. 768; Wr. a. 1865); var. *junciformis* Wr. (Wr. a. 1865: forma spiculis pluribus pedunculatis).

32. Kyllinga capillaris Gr. (*Schoenus* Sw. ex descr.: ex synonymis K. filiformis excludendus; Wr. 3364: forma spiculis pallidis, habitu Rhynchosporae cernuae accedens).

33. Kyllinga „monocephala Rottb. (*K. cruciformis* Schrad."; Poepp.)

34. Kyllinga brevifolia Rottb. (Wr. 699); var. (Wr. 699a: folia convoluto-filiformia).

35. Kyllinga „pumila Mich." (Rich.)

36. Abildgaardia monostachya V. (Wr. 708).

37. Abildgaardia setacea Gr. radice fibrosa, foliis canaliculato-setaceis caule brevioribus, spiculis 3-2(-1) glomerato-sessilibus infraterminalibus ovatis acutiusculis 3—8-floris pallidis: involucro inaequaliter 2phyllo: foliolo longiori caulem continuante spiculis subaequilongo, glumis ad carinam trinerviis subulato-complicatis achenium laeviusculum apice trilobo-retusum breviusculum transversim foveatum triplo superantibus: foveolis rhacheos rotundato-marginatis, stylo trifido: basi incrassata demum ab achenio decidua. — Ab *A. monostachya* V. differt achenio minori apice retuso foliisque angustioribus. — Cuba or. et occ. (Wr. 1531, 3366). E.

38. Scirpus (Eleocharis) natans Gr. caudicibus filiformibus intertextis fluitans, ramis emersis (1″—1½″ longis) striato-filiformibus evaginatis monostachyis, spica ovato-lanceolata pauciflora (floribus 6—3) fusco-variegata (1‴ longa), glumis 2—3serialibus ovato-lanceolatis obtusiusculis juxta carinam virentem fusco-purpureis margine hyalino-albidis achenium plus duplo superantibus, ima amplexante, stylo trifido, achenio pallente ellipsoideo faciebus convexis longitudi-

naliter sub6costulatis trigono setis 3 duplo breviori: tuberculo concolori minutissimo papilliformi. — Habitus omnino *S. fluitantis* L. — Cuba occ. (Wr. 3377). E.

39. SCIRPUS (Eleocharis) RETROFLEXUS Poir. (Wr. 3367, 3368; Rug. 905).

40. SCIRPUS (Eleocharis) „CAPILLACEUS (*Eleocharis* Kth."; Rich.)

41. SCIRPUS (Eleocharis) EXIGUUS Kth. (Wr. 3369).

42. SCIRPUS (Eleocharis) OCREATUS Gr. Fl. p. 570 (Wr. 711, 3371).

43. SCIRPUS (Eleocharis) MICROLEPIS Gr. radice caespitosa fibrosa, caulibus striato-filiformibus (2'''—3''' longis): vagina in mucronem subherbaceum producta, spica solitaria terminali ovato-oblonga multiflora (1'''—1½''' longa), glumis multiserialibus parvis oblongo-lanceolatis obtusis juxta carinam virentem purpureis margine hyalinis achenium plus duplo superantibus, stylo trifido, achenio pallente turgido-biconvexo v. tricarinato: tuberculo minuto depresso obscurius tincto: setis nullis. — Affinis *S. filiformi* Lam., sed minor; *S. nigrescenti* (*Scirpidio* Ns.), sed tuberculum achenii brevissimum. — Cuba or. et occ. (Wr. 3370).

44. SCIRPUS (Eleocharis) CAPITATUS L. (Wr. 712).

45. SCIRPUS (Eleocharis) PLICARHACHIS Gr. perennis, caespitosus, caulibus gracilibus striato-angulatis haud nodulosis (1½'—2' longis): vagina membranacea oblique truncato-acuta adpressa, spica terminali solitaria cylindrica multiflora pallida (6'''—8''' longa), glumis sub5serialibus ovato-oblongis obtusis (1½''' longis) carinato-convexis dorso viridibus margine albidis, ima amplexante: rhachi marginata, stylo bifido, achenio badio e basi constricta subgloboso turgido-biconvexo quam tuberculum latiori utrinque longitudinaliter 11costato quam setae 6 retrorsum scaberrimae triplo breviori: tuberculo compressiusculo-conico acuminato achenio plus duplo breviori virente. — Affinis *S. mitrato* Gr. — Cuba occ. (Wr. 3372). E.

46. SCIRPUS (Eleocharis) ROSTELLATUS Gr. (Wr. a. 1865: *Eleocharis rostellata* Torr. ex descr., ab affini *S. tuberculoso* Mich. differt achenio pallido laevi setis 6 retrorsum scaberrimis superato, tuberculo majusculo conico convenit).

47. SCIRPUS (Eleocharis) MELANOCARPUS Gr. (*Eleocharis* Torr.) var.? (Wr. 3373: habitu cum stirpe Amer. bor. conveniens, vagina oblique truncata sanguinea recedens et achenio deficiente incertus).

48. SCIRPUS (Eleocharis) NODULOSUS Rth. (Wr. 3374).

49. Scirpus (Eleocharis) constrictus Gr. Fl. p. 570 (Wr. 709).

50. Scirpus (Eleocharis) plantagineus L. (*Eleoch. interstincta* R. Br.; Wr. 710).

51. Scirpus (Eleocharis) mutatus L. (Wr. 3375, 3376).

52. Scirpus (Euscirpus) „validus V.“ (*S. lacustris* Rich., As. Gr. in pl. Wr. ex distrib. geogr.; Wr. „713“).

53. Scirpus (Fimbristylis) autumnalis L. (Rug. 903; Wr. 709 ex parte).

54. Scirpus (Fimbristylis) amentaceus Gr. Fl. p. 571 (*Fimbristylis conferta* Rich. ex descr.; *S. autumnalis* pl. Wr.: 709 anni 1859, 3378).

55. Scirpus (Fimbristylis) miliaceus L. (Wr.: idem cum specimin. panamens. et Ind. or.)

56. Scirpus (Fimbristylis) ferrugineus L. (Wr. 3379; *Fimbristylis stans* Rich. ex descr.)

57. Scirpus (Fimbristylis) spadiceus L. (Greene pl. havan.; Wr. „716“; a. 1865).

58. Scirpus (Fimbristylis) brizoides Sm. (*Fimbristylis laxa* V.; Wr. 714).

59. Scirpus (Oxycaryum) ablepharus Gr. perennis, glaber, caule (8″—18″ longo) trigono laevi basi foliato folia subaequante, foliis lineari-acuminatis planis (2‴—$1^1/_2$‴ latis), involucri foliolis inaequalibus foliaceis margine scabriusculo nudis, exterioribus 3 cymam multo superantibus, interioribus abruptim decrescentibus, cyma terminali contracta (6‴—12‴ diam.): glomerulis spicularum paucis densis subgloboso-lobatis breviter pedunculatis v. sessilibus, singulis bractea separatis, spiculis late ovatis complanato-compressis, glumis ($1^1/_2$‴—1‴ longis) carinato-compressis demum ferrugineis mucronato-acutis: mucrone valido recurvo, staminibus 3—2 persistentibus: anthera longe cuspidata, setis hypogynis nullis, stylo bifido a basi tenui indurata deciduo, achenio ovato acuto a dorso complanato laevi pallide badio cum rostro brevi (styli basi) demum deciduo continuo gluma paullo superato. — Proxime accedit ad *S. leucoblepharin* (*Blepharolepidem* Ns.; *Cyperum lasiocephalum* Wr. pl. nicaraguens.) bracteis glumisque lanuginoso-ciliatis et achenio biconvexo distinguendam. — Cuba occ. (Wr. 3380). E.

60. Scirpus (Oxycaryum) cubensis Poepp., Kth. (Wr. 3384; *Oxycaryum Schomburgkianum* Ns. ex descr.!, sed stamina in nostro 3(-2)).

61. Scirpus (Oncostylis) floccosus Gr. radice fibroso-caespitosa, caulibus (4″—6″ longis) rigide filiformibus striato-sulcatis folia superantibus supra spicam solitariam infraterminalem breviter productis, foliis rosulatis lineari-setaceis rigidis subrecurvis acutis inferne vaginaque floscoso-lanatis, spica ferruginea cylindrica acutiuscula (8‴—12‴ longa), glumis carinato-convexis dorso 3—5nerviis ovato-oblongis v. oblongo-lanceolatis acutiusculis puberulis ciliatisque (inferioribus 2‴ longis), staminibus 3: antheris mucronatis, stylo trifido, achenio atro trigono laevi obovato-subgloboso: tuberculo terminali minuto mucronulato-depresso concolori. — Affinis *S. lanato* (*Isolepidi* Kth.), differt spica infraterminali, glumis ferrugineis acutiusculis puberulis. — Cuba or. (Wr. 3381). E.

62. Scirpus (Oncostylis) capillaris L. (Wr. 3382).

63. Scirpus (Oncostylis) juncoides W. (Wr. 1533).

64. Scirpus (Oncostylis) hirtus Gr. radice fibrosa, caulibus gracilibus erectis filiformibus (8″—12″ longis) per totam longitudinem foliisque hirto-pubescentibus, his plus duplo brevioribus rosularibus setaceo-filiformibus: vagina laxa apice in pilos longos soluta, capitulo terminali ovato-subrotundo (3‴—5‴ diam.) squamas involucrantes subulatas glumis homochroas superante aut exinvolucrato: spiculis 10—3 conglobato-sessilibus, glumis fuscis molliter puberulis ovatis cuspidato-mucronatis: cuspide in carinam dorsalem argutam decurrente, staminibus 3, stylo trifido, achenio pallido trigono obovato-subrotundo transversim ruguloso: tuberculo terminali minuto atro. — Affinis ex descr. *S. hirtello* (*Isolepidi* Schrad.), differt spiculis sessilibus, involucro foliaceo nullo, glumis puberulis longiuscule cuspidato-mucronatis, achenio pallido cum tuberculo atro. — Cuba occ. (Wr. 3383).

65. Lipocarpha cochleata Gr. radice fibrosa, caule striato-trigono spithameo basi foliato folia superante, foliis canaliculato-filiformibus glabris, spicis 3 capitato-aggregatis ovatis v. ovato-oblongis obtusis (4‴—2‴ longis, $1^1/_2$‴ latis) involucro 2phyllo inaequali elongato cinctis, glumis dense imbricatis cochleariformibus apice rhombeo-acutiusculis dorso convexis carinato-uninervibus et juxta carinam nervuloso-striatis albidis et superne sanguineo-maculatis achenium duplo superantibus, squamulis lanceolatis acutis 5—3nerviis achenium aequantibus, stamine 1, achenio oblongo trigono virente laevi: stylo 3fido. — Affinis *L. maculatae* Kth. — Cuba occ. (Wr. 3386). E.

775 (not ...)

66. Fuirena umbellata Rottb. (Wr. 3387); var. foliis 1″ latis (id.)

67. Fuirena „squarrosa Mich.“ (Rich.)

68. Fuirena „simplex V.“ (Rich.)

69. Cladium occidentale Schr. (Wr. 1534).

70. Machaerina restioides V. var. *effusa* Gr. pl. Wr. p. 535 (Wr. 1535).

71. Machaerina filifolia Gr. caule cylindrico (1′—1½′ alto) tenui rigido folia ima subaequante nudiusculo, foliis rigidis filiformibus apice subpungenti-acuminatis striatis laeviusculis cauli homomorphis (½‴ diam.), caulinis brevibus distantibus v. nullis, spiculis ferrugineo-fuscis (2‴ longis) geminis (altera sessili simpliciori) in spicas breves interruptas terminalem et axillares dispositis: bracteis superiorum glumiformibus scabriusculis spiculam subaequantibus, glumis oblongo-lanceolatis acuminatis, achenio trigono elliptico-oblongo in rostrum brevius conicum attenuato: setis hypogynis paucis. — Spiculis inferne compositis plurifloris a Rhynchospora et stylo trifido a plerisque ejus sectionibus differt. — Cuba or. pr. Baracoa, „dense caespitosa“ (Wr. 3338). E.

72. Rhynchospora (Eurhynchospora) cephalotoides Gr. elata, glauca, puberulo-glabrescens, caule triangulari, foliis elongatis planis (3‴ latis), spiculis pallidis v. pallide testaceis ovato-lanceolatis demum conoideis subsessilibus in capitulum v. paniculam contractam parum divisam (1″—½″ diam.) involucro longo multo superatam aggregatis, glumis ovatis aristatis, achenio obovato laevi badio marginato rostro compresso-conico virente subaequilongo setis hypogynis antrorsum scabris duplo breviori. — *R. cephalantha* Rich.? ex descr. incompleta, non Torr. Species affinis *R. cephalotidi* V. — Cuba or. et occ., in sylvis umbrosis (Wr. 3390). E.

73. Rhynchospora (Eurhynchospora) odorata Wr. elata, laevis et glabra, caule stricto trigono (3′ alto) superne gracili nudiusculo, foliis elongatis planis (3‴—2‴ latis), spiculis fuscis glabris ovato-conicis (3‴—2½‴ longis) erectis fasciculato-glomeratis: glomerulis oligostachyis in corymbos terminalem et axillares dispositis, glumis ovatis acutis carinatis, stylo bifido, achenio obovato transversim rugoso olivaceo rostro compresso-conico muricato-scabro nigrescente duplo longiori: setis hypogynis sursum scabris fructu sesquilongioribus. — Habitus *R. comatae* Lk., sed spiculis rufo-fuscis et achenio rugoso distincta; „exsiccando odora“ (Wr.). — Cuba occ., pr. Hanabana, in humidis (Wr. a. 1865). E.

74. Rhynchospora (Eurhynchospora) miliacea As. Gr. ex descr. (Wr. a. 1865: rostro discolori nigro peculiaris).

75. Rhynchospora (Eurhynchospora) pruinosa Gr. Pl. Wr. p. 535 (Wr. 1532; 729). E.

76. Rhynchospora (Eurhynchospora) scabrata Gr. glauca, caule gracili trigono (1' alto) folia duplo excedente, foliis linearibus canaliculatis apice obtusiusculis margine muriculato-scabris: facie superiori punctis albidis exasperata, spiculis viridi-albis ovato-lanceolatis acuminatis ($1^1/_2$''' longis) fasciculato-glomeratis: glomerulis oligostachyis in corymbum tenuem strictiusculum inaequalem terminalem paucosque axillares dispositis: bracteis corymbo terminali brevioribus, glumis ovato-lanceolatis acuminatis carinato-convexis, inferioribus brevioribus ovatis, stylo bifido, achenio oblongo apice dilatato transversim ruguloso viridi-cinereo rostro subuliformi virenti subaequilongo: setis hypogynis sursum scabris fructum totum subaequantibus. — Proxima *R. pruinosae* Gr., inflorescentia et achenii forma distincta. — Cuba or. (Wr. 3391). E.

77. Rhynchospora (Eurhynchospora) deflexa Gr. glaucescens, glabra, caule stricto (2' alto) triquetro gracili laevi, foliis linearibus planis (1''' latis) longis, plerisque caulinis: vagina clausa, spiculis ferrugineo-badiis e basi cuneato-conica acuminatis (2''' longis) pedicellatis in corymbos simplices v. parce proliferos terminalem et axillares dispositis: corymbis folio suo superatis: pedicellis approximatis gracilibus spicula vulgo longioribus basi bracteola scariosa inclusis, plerisque v. inferioribus deflexo-pendulis, glumis superioribus subulatis, inferioribus abruptim decrescentibus ovatis mucronulato-acutis, achenio ovato-subgloboso reticulato-venuloso foveis transversis destituto nec marginato olivaceo in rostrum conico-subulatum virens parum brevius attenuato: setis hypogynis 6 sursum scabriusculis rostrum parum excedentibus. — Cuba or. (Wr. 3399), occ., in humidis pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

78. Rhynchospora (Eurhynchospora) gracilis V. (*glauca* V.; Wr. 3394, 3395).

79. Rhynchospora (Eurhynchospora) distans V. (Wr. 3397; conferatur *R. cubensis* Rich.)

80. Rhynchospora (Eurhynchospora) Torreyana As. Gr. (Wr. 3396); var. *microrhyncha* Gr. (Wr. a. 1865: forma rostro minori setisque achenium aequantibus.

81. Rhynchospora (Eurhynchospora) setacea V. (*R. rariflora* Ell.; Wr. 3400).

82. Rhynchospora (Eurhynchospora) penniseta Gr. caule gracili filiformi striato-subcylindrico folia rigidula plus duplo superante ($1^1/_2{}'$ alto), foliis subtrigono-filiformibus glabris margine scabriusculis, spiculis stramineo-fuscis conoideo-acutis ($1^1/_2{}'''$ longis) glomeratis: glomerulis in cymulam terminalem parvulam dispositis: involucro inaequaliter triphyllo, ejus foliolis setaceis, longiori cymulam multo superante, glumis ovatis acutiusculis, imis parvis, achenio obovato-subgloboso non compressiusculo transversim rugoso virente rostro conico cinereo subdiscreto latiori et triplo longiori: setis hypogynis infra apicem antrorsum scabrum plumoso-pilosis fructui toti aequilongis. — In *R. plumosa* Ell. video achenium ferrugineum, rostrum brevius mucronato-mamillare (an var.?). — Cuba occ. (Wr. 3398). E.

83. Rhynchospora (Eurhynchospora) tenuifolia Gr. caule gracili filiformi obtuse trigono folia plus duplo superante (1′ alto), foliis setaceo-filiformibus canaliculatis glabris glaucescentibus margine superne scabriusculis, spiculis fuscis conico-acuminatis ($1^1/_2{}'''$ longis) fasciculatis v. glomeratis cymulas oligostachyas terminalem axillaresque constituentibus: bracteis minutis, glumis ovatis obtusiusculis parvis, achenio elliptico-oblongo transversim rugoso pallide badio in rostrum compresso-conicum virens v. pallidum subduplo brevius attenuato: setis hypogynis sursum scabris fructui toti subaequilongis. — Habitu convenit cum *R. setacea* V., cui achenium brevius obovatum. — Cuba or. et occ. (Wr. 3392, 3393). E.

84. Rhynchospora (Eurhynchospora) Lindeniana Gr. caule filiformi obtuse trigono folia subaequante, foliis setaceo-filiformibus glabriusculis, spiculis minutis (vix 1‴ longis) fuscis lanceolatis in glomerulum subsolitarium terminale oligostachyum coadunatis, glumis ovatis mucronulato-obtusis, achenio elliptico-oblongo laevi fusco in rostrum duplo brevius pallidum conico-acuminatum attenuato: setis hypogynis sursum scabris fructui toti subaequilongis. — Proxima praecedenti. — Cuba (Lind. 1945 in H. Hooker.). E.

Rhynchosporae sect. Ptilochaeta Ns., inter Eurhynchosporam et Haplostylin ambigua, stylo breviter bifido et achenii rostro semilunari distingui potest.

85. Rhynchospora (Ptilochaeta) lunata Gr. caule simplici gracili striato-triangulari (8″—12″ longo) folia duplo excedente, foliis subtrigono-setaceis canaliculatis erectiusculis glabris, spiculis ferrugineis ($2^1/_2{}'''$ longis) oblongo-lanceolatis acuminatis in cymam terminalem corymbiformem paucidivisam

(8‴ fere diam.) bracteae subaequilongam dispositis, glumis ferrugineis margine pallidis aristulatis, inferioribus ovatis acutis, superioribus oblongo-lanceolatis acuminatis, stylo apice bifido, achenio fusco-olivaceo (v. pallente) obovato truncato transversim rugoso: rostro triplo angustiori et multo breviori basi discreto semilunari-emarginato e centro sinus minute mucronulato fusco: setis hypogynis 6 infra medium plumosis latiusculis superne setaceis sursum scabriusculis fructum totum duplo superantibus. — Simillima *R. diodonti* (*Ptilochaetae* Ns.), differt achenio apice truncato (dentibus marginalibus destituto) et stylo breviter (ad $^1/_4$) bifido. — Cuba or. (Wr. 3408). E.

86. Rhynchospora (Haplostylis) hispidula Gr. caule simplici gracili striato-angulato glabro (1′ alto) folia duplo superante, foliis planiusculis lineari-acuminatis (1‴ latis) margine et carina dorsali hispidulo-ciliatis, capitulo terminali hemisphaerico: involucro foliaceo capitulum fere duplo superante: foliolis inaequalibus lanceolato-acuminatis dense ciliatis, spiculis testaceis oblongo-lanceolatis glabris (4‴—5‴ longis), glumis exterioribus ovatis mucronulatis, interioribus oblongo-lanceolatis acuminatis, achenio pallide fusco compressiusculo cuneato-oblongo muriculato (margine subincurvo obtuso) rostro discreto pallido compresso conico-acuminato subaequilongo et aequilato: setis hypogynis sursum scabriusculis rostrum dimidium adaequantibus. — Habitu accedit ad sect. Dichromenam, e. c. ad *R. Persoonianam*, cui stylus bifidus et setae hypogynae desunt. — Cuba occ. (Wr. 3401). E.

87. Rhynchospora (Haplostylis) subimberbis Gr. caule simplici gracili spithameo striato-triangulari glabro folia 2—3plo superante, foliis convoluto-filiformibus margine sparsim pilosis v. glabrescentibus, capitulo terminali 10—3 spiculis constituto: involucri foliolis inaequalibus subulato-filiformibus basi scariosa subciliatis v. glabriusculis capitulo brevioribus v. uno id vulgo excedente, spiculis stramineis oblongo-lanceolatis glabris (2‴—3‴ longis), glumis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, inferioribus brevibus, achenio fusco laevi elliptico ala membranacea incurvo cymbiformi: ala pallida integerrima quam achenium angustiori apice ad rostrum dimidium usque producta: rostro compresso virente inter alam lanceolato obtusiusculo basi attenuata discreto achenio triplo breviori et (ala exclusa) multo angustiori: setis hypogynis 5—6 basi pilosiusculis fructui aequilongis. — Affinis *R. barbatae* Kth. — Cuba occ. (Wr. 3402). E.

88. Rhynchospora (Haplostylis) globosa R. S. (Wr. 3403).

89. Rhynchospora (Haplostylis) cyperoides Mart. (Wr. 3404).

90. Rhynchospora (Haplostylis) stenorhyncha Gr. Fl. p. 575 (Wr. 3389).

91. Rhynchospora (Haplostylis) florida Dtr.; var. *nigra* Gr. (Wr. 3405, a. 1865: forma spiculis 3‴ longis, achenio nigricante tenuissime corrugato, rostro leviter bisulco).

92. Rhynchospora (Haplostylis) scutellata Gr. procera, glabra, caule triquetro stricto apice anguste paniculato, foliis caulinis distantibus lineari-acuminatis planis (3‴—4‴ latis): vagina clausa, spiculis fusco-ferrugineis conico-acuminatis (3‴—4‴ longis) glomerulato-corymbosis: corymbis involucrum excedentibus: radiis inaequalibus: glomerulis oligostachyis, glumis plerisque ovatis mucronato-acutis, fertili majori, achenio fusco-ferrugineo obovato biconcavo-compressiusculo tenuissime et dense punctulato foveis destituto: margine dilatato depresso-planiusculo utrinque marginato et obtuse carinato: rostro achenio aequilongo ($1^1/_2$‴ longo) virente compresso-subulato basi truncato et omnino ab achenio latiori discreto utrinque longitudinaliter foveato: setis hypogynis sursum scabriusculis inaequalibus, longioribus achenium aequantibus v. vix supra rostri basin productis. — Proxima et habitu accedens *R. amazonicae* Poepp.!, quae rostro angustiori et margine achenii obtuso aegre dignoscitur. — Cuba occ. (Wr. 3406). E.

93. Rhynchospora (Mitrospora) polyphylla V. (Wr. 727).

94. Rhynchospora (Dichromena) exaltata Kth. (Wr. 719).

95. Rhynchospora (Dichromena) spermodon Gr. Fl. p. 576 (Wr. 3407).

96. Rhynchospora (Dichromena) filiformis V. (Wr. 3409).

97. Rhynchospora (Dichromena) cubensis Gr. Fl. p. 576 (*Dichromena* Poepp. Kth., non *Rhynchosp. cub.* Rich.; Wr. 1531).

98. Rhynchospora (Dichromena) brevirostris Gr. annua, caulibus flaccidis (6′ longis) triangularibus folia subaequantibus, foliis anguste linearibus ($^1/_3$‴ latis) planis, caulinis paucis: vagina inferne clausa, spiculis fusco-stramineis ovato-acutis ($1^1/_2$‴ longis) inaequaliter corymbosis terminalibus et axillaribus patentibus folio fulciente multo superatis: pedicellis

longiusculis abbreviatisque mixtis, glumis convexis, mediis ovatis mucronato-acutis, inferioribus et superioribus lanceolato-acuminatis, achenio cinereo v. fusco-cinereo obovato-subrotundo marginato subcompresso laevi apice truncato et tuberculo obtuse conico atro minuto coronato: setis hypogynis nullis. — Affinis *R. scirpoidi* (*Psilocaryae* Torr.), sed achenium laeve. — Cuba occ. (Wr. 3413). E. 3410

99. Rhynchospora (Dichromena) psilocaryoides Gr. annua, caulibus flaccidis (4″—6″ longis) subtrigonis folia subaequantibus, foliis anguste linearibus (½‴ latis) canaliculato-planiusculis, caulinis paucis: vagina clausa, spiculis fuscis conoideo-acuminatis (3‴—4‴ longis) inaequaliter fasciculatis: fasciculis oligostachyis terminalibus et axillaribus folio fulciente multo superatis: pedicellis longioribus spiculae aequilongis, glumis convexis margine hyalinis, inferioribus ovatis acuminatis mucronulatis spiculam dimidiam subsuperantibus, superioribus angustioribus, achenio fusco parvo subcompresso-subgloboso obtuse marginato basi acutiusculo apice rotundato transversim rugoso: tuberculo terminali brevissimo apice conico subretuso cruribus binis crassiusculis a vertice ad marginem achenii productis basi emarginato: setis hypogynis nullis. — Structura achenii accedere videtur ad *R. Sellowianam* (*Psilocaryam* Ns.). — Cuba occ. (Wr. sub 3381). E.

100. Rhynchospora (Dichromena) micrantha V. (Wr. 3411).

101. Rhynchospora (Dichromena) hirsuta V. (Wr. 3412).

102. Rhynchospora (Dichromena) pusilla Gr. Fl. p. 576 (Wr. 3414).

103. Rhynchospora (Dichromena) seslerioides Gr. rhizomate fibroso stolonifero, caule gracili nudiusculo striato-angulari (8″—15″ longo) folia multo superante glabro, foliis angustis convoluto-filiformibus margine pilosiusculis v. scabriusculis, capitulo terminali hemisphaerico: involucro 3—1-phyllo basi pallente: foliolis basi parum dilatatis, binis reductis, tertio capitulum non multum excedente, spiculis albidis ovato-oblongis obtusiusculis (2‴—3‴ longis), glumis carinato-compressiusculis, achenio obovato-subrotundo subtruncato subcompresso transversim rugoso nigro: rostro 2—3plo breviori compresso-conico acuto olivaceo basi in marginem crassiusculum verticem achenii cingentem producto. — Cuba occ. (Wr. 3415). E.

104. Rhynchospora (Dichromena) stellata Gr. Pl. Wr. p. 536 (Wr. 1530).

105. Rhynchospora (Dichromena) Vahliana Gr. (Wr. n. 1865).

106. Rhynchospora (Dichromena) Persooniana Gr. ibid. (Wr. 717).

107. Rhynchospora (Dichromena) setigera Gr. Fl. p. 577, var. (Wr. 3385: folia basi ciliata).

Rhynchosporae sect. nov. Microchaeta. Achenium subglobosum, setis setaceis cinctum. Stylus tripartitus.

Character artificialis fere convenit cum *Asterochaete* Ns., at nostra sectio differt setis hypogynis nudis et staminibus 2: staminum numerus vero et styli fabrica in unico tantum flore superstite observari potuerunt. *Kyllinga caespitosa* Wr. cat. eadem est planta et *K. capillari* Gr. habitu accedens, sed glumae imae non distichae et fructus Rhynchosporae etiam iis, qui plura Cyperacearum genera distinguunt, locum juxta Rhynchosporam vindicabunt.

108. Rhynchospora (Microchaeta) cernua Gr. perennis, basi vaginis emarcidis filamentosa, glauca, caule rigidulo filiformi paucifolio simplici folia multo superante (8″—4″ longo), foliis plerisque dense caespitosis brevibus canaliculato-filiformibus glabris recurvis, spiculis pallidis cylindricis (1‴—½‴ longis) in racemulum glomeriformem simplicem (2‴ fere longum) v. 2—3 approximatos eosque bractea exserta distinctos v. axillares solitarios dispositis: pedicellis v. spiculis ipsis supra basin cernuo-recurvatis, glumis inferioribus minutis obovato-subrotundis mucronulato-subtruncatis persistentibus, fertili majori, superioribus oblongo-lanceolatis post anthesin deciduis: flore hermaphrodito solitario: staminibus 2: stylo tripartito, achenio virente obovato-subgloboso transversim rugoso in rostrum conico-acutum triplo brevius basi truncatum contracto: setis hypogynis 6 tenuissimis sursum scabriusculis fructu toto duplo brevioribus. — Cuba or. et occ., „caespites densos parvos formans" (Wr. 3365, 3413). E.

109. Scleria (Euscleria) pratensis Lindl. (Wr. 723a).

110. Scleria (Euscleria) microcarpa Ns. (Wr. 723b., 724a).

111. Scleria (Euscleria) phylloptera Wr. foliis linearibus (2‴ latis): vaginis trialatis: alis basi attenuatis, binis latioribus apice juxta ligulam in processum liguliformem oblongo-linearem margini folii supra basin ejus adnatum obtusum productis: ligula herbacea rigida oblongo-lanceolata obtusa, panicula angusta: ramis triquetris, glumis ♂ triandris, ♀ superioribus achenio brevioribus, achenio ovato-globoso

nitido eburneo laevi stylo deciduo apice rotundato: disco exteriori truncato integro interiorem trilobum excedente eique adnexo. — Affinis *S. microcarpae* Ns., sed folia angustiora et appendicibus vaginae distincta. — Cuba occ., in humidis pr. Hanabana (Wr. a. 1865; 724b). E.

112. Scleria (Euscleria) scindens Ns. (Wr. 726).

113. Scleria (Euscleria) bracteata Cav. (Wr. 725); var. angusta (Wr. 3416b): forma tenuis, vaginis glabris, foliis angustioribus, panicula angustiori brevi; „pubes in tuberculis achenii reversa").

114. Scleria (Euscleria) dictyocarpa Gr. flaccida (2′—1′ alta), foliis lineari-acuminatis planis (1‴ latis) glabris margine antrorsum scabris: ligula deltoideo-rotundata membranacea emarcida, paniculis terminalibus et axillaribus brevibus (1″ longis) laxis, nunc angustis spiciformibus: spiculis ♀ inferioribus, glumis ♂ 2andris, achenio (1‴ diam.) crustaceo globoso albo reticulato-rugoso glabro mucronulato: disco duplici, exteriori minuto patelliformi interiori plus duplo longiori trilobo: lobis tubo longioribus ovatis mucronato-rotundatis integris dorso unipapillatis: papillis foveolae insertis. — Proxima *S. reticulari* Mich., sed lobi disci interioris in mucronem longiusculum producti et dorso foveato-papillati. Datur forma duplex, altera paniculis laxioribus ramisque androgynis longibracteatis, altera panicula spiciformi bracteisque praeter imam abbreviatis. — Cuba or. et occ. (Wr. 3416a). E.

115. Scleria (Hypoporum) hirtella Sw. (Wr. 3417).

116. Scleria (Hypoporum) tenella Kth. (Wr. 3418).

117. Scleria (Hypoporum) filiformis Sw. (Wr. 721, 722, 3419).

Scleriae sect. nov. Scirposcleria. Discus simplex, concavo-trigonus, obconicus, repando-integer. — Caulis gracilis; folia convoluto-filiformia: ligula nulla; glomeruli terminales, oligostachyi, involucrati: involucri folio uno longiori caulem quasi continuante. — Huc refero *S. gracilem* Ell., sed in nostro homonymo achenium longitudinaliter subcostatum, trigono-globosum, basi abruptim contractum, foveis basilaribus biporosis.

118. Scleria (Scirposcleria) gracilis Ell. ex descr. (Wr. 3420).

✠ Scleria oligantha Rich. (an Mich.?).

119. Carex scabrella Wahl., Gr. pl. Wr. p. 536 (Wr. 728).

120. Carex cladostachya Wahl. (Wr. 3421: tumore ad basin spicularum posticam cum *C. polystachya* Wahl. [Pl. Hartw. p. 97] et *C. Hartwegi* convenit).

CXXIX. JUNCEAE.

1. Juncus repens Mich. (Wr. 3243).

CXXX. LILIACEAE.

1. Agave „americana L.“ (Rich.)

2. Agave antillarum Desc. (Wr.; *A. vivipara* Lam. s. *A. sobolifera* Salm ex descr.)

3. Agave „spicata Cav.“ (Cav.)

4. Fourcroya cubensis Haw. (Wr. 3250: „flores luteolo-virentes“).

5. Alstroemeria edulis Tuss. (*Bomarea* Herb.; *A. Salsilla* Rich.; Wr. 690).

6. Pancratium „caribaeum L.“ (Rich.)

7. Pancratium patens Lindl. (Wr. 3245).

8. Pancratium angustifolium Roem. (Wr.: a *P. caroliano* L. differt foliis angustioribus, 6‴—4‴ latis, perigonii segmentis 1‴—2‴ [nec 3‴—4‴] latis, antheris infra medium filamento insertis).

9. Crinum erubescens Ait. (Wr. 3244).

10. Amaryllis (Zephyranthes) carinata Spr. (Wr. 3246).

11. Amaryllis (Zephyranthes) Lindleyana Sch. ex ic. Herb. (Wr. 3247: *A. intermedia* ej.)

12. Amaryllis (Zephyranthes) rosea Spr. (Wr. 3248; *A. carnea* Sch. ap. Rich.)

13. Hypoxis decumbens L. (Wr. 1515).

14. Hypoxis juncea Sm. var. (Wr. a. 1865: a speciminibus floridanis, ubi bractea minuta ab ovario distans, parum recedit bractea longiori saepe pedicelli apicem attingente).

15. Hypoxis scorzonerifolia Lam. (Wr. 3249).

CXXXI. SMILACEAE.

1. Dianella? „cubensis Rich.“ (Rich.)

2. Smilax Balbisiana Kth. (Wr.; *S. pseudochina* Rich. ex ic. Sl.)

3. Smilax havanensis Jacq. (Rug. 682; Wr. 693).

4. Smilax oblongata Sw. (Wr. 694).

5. Smilax triplinervia W., Rich. (Wr. 3251).

6. Smilax domingensis Schl. (Wr. 1526).

✠ Smilax syphilitica Rich. (non W. ex descr. Rich.: an *S. papyracea* Duh. aut *S. surinamensis* Miq.? ex „foliis membranaceis venosis", „ramis teretibus recurvo-aculeatis").

CXXXII. DIOSCOREAE.

1. Dioscorea (Amphistemon) cuspidata W., ex descr. ap. Kth. (Wr. 3252: a *Helmia* Kth. excludenda, semine ala cincto).

2. Dioscorea (Allactostemon) lutea Mey. (Wr. 1711, 3255).

3. Dioscorea linearis Gr. glabra, caule tenui angulato-cylindrico, foliis alternis lineari-acuminatis basi sinu angusto cordatis trinerviis non pellucido-lineolatis petiolo quater longioribus (2″—1″ longis, 2‴—1½‴ latis), ♂..., spicis ♀ simplicibus folio multo longioribus, capsula chartacea obovata apice truncata: seminibus ala cinctis. — Cuba or. (Wr. 3254). E.

4. Rajania hastata L. (Rug. 392, Wr. 1712).

5. Rajania „cordata L." (Rich.; vidi e Portorico).

6. Rajania mucronata W. (Wr. 691).

7. Rajania cubensis Kth. ex descr. (Wr. 3253: *Dioscorea lanceolata* ol.; fructus adhuc ignotus, sed foliis lanceolatis [nunc ovato-lanceolatis, 3‴—8‴ latis] 5nerviis sequenti affinis et lineolis pellucidis convenit). E.

8. Rajania angustifolia Sw. (Wr. 1713).

CXXXIII. IRIDEAE.

1. Cipura paludosa Aubl. Character generis (Gr. Fl. p. 589) ita emendetur: stigmata stylo imposita 3 indivisa, raro connexa (Wr. 3256: forma foliis anguste linearibus: „perigonii segmenta emarginata exteriora spathulato-oblonga, interiora supra unguem in laminam subrotundam basi bimaculatam dilatata; stigmata dilatata crenulata").

2. Cipura cubensis Gr. foliis lanceolato-linearibus acuminatis (3‴ latis) caule (1′—1½′ alto) paullo brevioribus, floribus paucis glomeratis „albis" folio caulino solitario erecto (4″ longo) glomerulum quadruplo excedenti adproximatis, perigonii segmentis spathulato-oblongis, stylo indiviso: stigmate indiviso perforato-clavato apice crenulato. — Species stig-

matibus connexis anomala, sed habitu cum *C. martinicensi* Kth. conformi ceteris congener, quo Herbertii observatio (Bot. mag. sub tab. 3779), symphyses organorum ad genera Iridearum distinguenda parum conferre, confirmatur; bulbus subglobosus (1″ longus), paucifolius; „perigonium tenerum, campaniforme, „post solis ortum apertum et ante decimam horam matutinam clausum“, limbo (6‴ longo) e spatha (8‴ longa) lateraliter prominens; antherae (3‴ longae) „in gemma distinctae“, demum cohaerentes, stigma infundibulari-clavatum „obtuse trigonum“ inclusum aequantes, filamentis distinctis duplo brevioribus stylo aequilongis; capsula lanceolato-oblonga, membranacea, loculicida (10‴ longa), seminibus biseriatis ruguloso-angulatis fuscis. — Cuba occ., in savanis pr. Hanabana (Wr. a. 1865). E.

3. Sisyrinchium Bermudiana L. (Wr. 3257).

CXXXIV. HAEMODORACEAE.

1. Xiphidium floribundum Sw. (Ww. 3258).

2. Xiphidium xanthorrhizon Wr. foliis oblongo-linearibus (1″ latis) breviter acuminatis margine superne antrorsum hispidiusculis glabris, panicula pubescente: ramis racemoso-secundifloris, perigonii foliolis recurvato-acutiusculis „albis, exterioribus basi macula lutea variegatis“ oblongis: interioribus latioribus (5‴ longis, $2^1/_2$‴ latis) obovatis. — Cuba occ., in distr. S. Christobal (Wr. 3259: „radix lutea“).

3. Lachnanthes tinctoria Ell. var. *major* (Wr. 3270: recedit a speciminibus boreali-americanis statura majori tripedali, foliis latioribus (3‴—4‴ latis) bipedalibus et perigonii segmentis 6‴ (nec 4‴) longis filamenta (deflorata) subaequantibus).

CXXXV. PONTEDERIACEAE.

1. Pontederia cordata L. var. *lanceolata* Nutt. (Wr. 3260).

2. Heteranthera graminea V. (Wr. 3268).

3. Heteranthera limosa V. (Wr. 3262).

4. Heteranthera rotundifolia Gr. foliis cordato-subrotundis obtusis (8‴—12‴ diam.), spatha uni(-bi)flora spathulato-oblonga recurvato-mucronata: pedunculo cum flore petiolum subaequante, flore caeruleo spatham aequante (8‴ longo), antheris subaequalibus: filamento tertio longiori. — *H. limosa*

var. *rotundifolia* Kth. — Spathae forma et foliis basi breviter cordatis ab *H. limosa* V. recedit. — Cuba or. et occ. (Wr. 3262); „Mexico" (Schlecht. sec. Kth.).

5. Heteranthera hydrocleifolia Gr. foliis cordato-ovalibus apice rotundatis (3″ longis, $1^1/_2$″ latis), spatha uniflora spathulato-oblonga recurvato-obtusa: pedunculo cum flore petiolo (4″—6″ longo) plus duplo breviori, flore coeruleo spatham aequante (8‴ longo), antheris subaequalibus: filamento tertio multo longiori. — Forsan praecedenti nimis affinis, structura vix diversa, habitu Hydrocleis ob folia multo majora valde discrepat, at folium unum brevius ceteris interest. — Cuba or. (Wr. sub 3262). E.

6. Heteranthera spicata Prl. ex ic. Symbol. t. 10 (Wr. 3265). E.

7. Eichhornia pauciflora Seub. (Wr. 3266: convenit cum specimine brasiliensi Spruceano: proxime accedere videtur ad *E. natantem* Gr. (*Pontederiam* P. B. owar. t. 68 f. 2), in cujus icone petioli tenues et spatha angustior acuta).

8. Eichhornia tricolor Seub. (Wr. 3263, 3264; *E. cordifolia* Rich. ex descr.)

9. Eichhornia azurea Kth. (Wr. 3267).

CXXXVI. BROMELIACEAE.

1. Nidularium „Karatas Lem." (Rich.)

2. Bromelia Pinguin L. (Rug. 811).

3. Aechmea (Pironneana) distans Gr. Fl. p. 592 (Wr. 1525; *Pitcairnia penduliflora* Rich. ex descr.)

4. Aechmea (Haplaechmea) nudicaulis Gr. Fl. p. 593 (Wr. 1524; Rug. 398).

5. Pitcairnia bromelifolia l'Hér. var. *platyphylla* Schr. (Wr. 689).

6. Tillandsia (Platystachys) setacea Sw. (Wr. 682, 683; Rug. 248; *T. tenuifolia* L. ap. Rich. ex ic. Sl.)

7. Tillandsia (Platystachys) fasciculata Sw. (*T. havanensis* Jacq.; Wr. 1516a); var. (Wr. 680: bracteae breviores, latiores, mucronatae).

8. Tillandsia (Platystachys) polystachya L., Sw. (Wr. 1521).

9. Tillandsia (Platystachys) angustifolia Sw. (Rug. 246 in herb. Meissn.)

10. Tillandsia (Platystachys) canescens Sw. (Wr. 3273).

11. Tillandsia (Platystachys) Balbisiana Sw. (Wr.)

12. Tillandsia (Platystachys) bulbosa Hook. (Wr. 3272, 677).

13. Tillandsia (Platystachys) Valenzuelana Rich. ex descr. (*T. laxa* Gr. Fl. p. 596, non Pl. Fendler.; Wr. 1516).

14. Tillandsia (Platystachys) Kunthiana Gaud. (Rug. 247).

15. Tillandsia (Platystachys) pruinosa Sw. (Wr. 686; *T. breviscapa* Rich. ex descr.)

16. Tillandsia (Platystachys) flexuosa Sw. (Wr. 3271; *T. aloifolia* Hook.)

17. Tillandsia (Platystachys) utriculata L. Corrigatur sphalma in Gr. Fl. p. 596, ubi in diagnosi de proportione bracteolarum verbum „again" delendum est, rectius legatur „bractlets 1/2 — 2/3 as long as the calyx" (Wr. a. 1865: bracteolae variant 6‴—8‴ longae).

18. Tillandsia (Platystachys) argentea Gr. caespitosa, foliis rigidis gramineis albo-squamulosis e basi lanceolata lineari-acuminatis (3″—4″ longis, basi 2‴—3‴ latis) canaliculato-carinatis erectis patentibusque caule subaphyllo declinato duplo brevioribus: squamulis paginae inferioris patulis, bracteis caulinis remotiusculis, spica simplici subsexflora fractiflexa: bracteis nudis oblongo-lanceolatis obtusiusculis internodium subaequantibus a calyce duplo breviori paullo distantibus (6‴ longis), sepalis 3 distinctis oblongis obtusiusculis capsula plus duplo brevioribus. — Cuba or., pr. Monteverde (Wr.). E.

19. Tillandsia (Vriesea) excelsa Gr. Fl. p. 597 (Wr. 3276); var. *latifolia* Gr. (Wr. 1522).

20. Tillandsia (Vriesea) capituligera Gr. caule elato inferne anguste foliato, foliis nudis, imis lineari-oblongis breviter acuminatis (3′ longis, 2″ latis), caulinis lanceolato-linearibus (4‴—6‴ latis) sursum decrescentibus (inferioribus 1′ longis), florum capitulis ovoideis in racemo spiciformi elongato remotiusculis pedunculo brevi (3‴ longo) cernuo suffultis (1″ fere longis), inferioribus bractea lanceolato-acuminata plus duplo superatis, summis bracteam aequantibus, plerisque internodio axeos primarii subaequilongis 6—8floris subdistichis: bracteolis undiquaquam versis convolutis ovato-lanceolatis obtusiusculis calycem triphyllum capsulamque subaequantibus, petalis ... — Affinis *T. penduliflorae* Gr., ramulis inflorescentiae capitulum bractea superatum formantibus distinctissima. — Cuba or. (Wr. 3275). E.

21. TILLANDSIA (Vriesea) PLATYNEMA Gr. in Gött. Nachr. 1864 p. 19 (Wr. 1523).

22. TILLANDSIA (Vriesea) RINGENS Gr. caule ($1^1/_2'$—3' alto) basi foliato folia rosularia excedente superne pauciramoso, foliis oblongis breviter acuminatis ($1''$—$1^1/_2''$ latis) basi parum dilatatis erectiusculis nudis, spicis brevibus magnis subulato-acuminatis, inferioribus longioribus approximatis, superioribus subdistichis remotiusculis ($1^1/_2''$—$2''$ longis) late ovatis vaginantibus acuminatis apice obtusiusculis calycem triphyllum breviter excedentibus, corolla ringente mox deflexa calycem duplo superante (3'' longa): petalis lineari-spathulatis basi bisquamatis: squamis basi adnatis lanceolato-acuminatis (3'''—5''' longis), staminibus corollam aequantibus: antheris deflexis antrorsis, stigmate exserto infundibuliformi. — Affinis videtur *V. speciosae* Bot. mag. t. 4382, cui „scapus". — Cuba or. pr. Monteverde (Wr. 1518; ad eandem refero specimen capsuliferum: 1520 a). E.

23. TILLANDSIA (Anoplophytum) PULCHELLA Hook. (Wr. 685).

24. TILLANDSIA (Anoplophytum) CAPITATA Gr. caule humili (4''—6'' longo) folioso, foliis squamis adpressis albido-lepidotis e basi subulata lineari-acuminatis convolutis recurvatis caulem subaequantibus, spica in capitulum demum subglobosum contracta subsolitaria: bracteis undiquaquam versis late ovatis apiculatis (1'' fere longis) calycem triphyllum duplo superantibus capsulam aequantibus, petalis . . . — Habitus *T. bulbosae* Hook., sed minus basi incrassata, et bracteis non distichis 6''' latis remota. — Cuba or. (Wr. 3274). E.

25. TILLANDSIA (Diaphoranthema) RECURVATA L. (Rug. 245; Wr. 687).

26. TILLANDSIA (Strepsis) „USNEOIDES L." (Rich.)

27. GUZMANNIA TRICOLOR R. P. (Rug. 816; Wr. 677).

28. CARAGUATA LINGULATA Lindl. (Wr. 678).

29. CATOPSIS NUTANS Gr. Fl. p. 599 (Wr. 674).

30. CATOPSIS NITIDA Gr. l. c. (Wr. 1519).

Obs. De Catopsi (*Tussacia* Kl., non Rchb.) moneo, genus in Gött. Nachr. 1864 m. Januario nominatum, longe priori tempore a Klotzschio descriptum esse: *Pogospermum* Brong. igitur (Ann. sc. nat. 1864 m. Junio evulgatum) synonymis adscribendum est.

CXXXVII. MUSACEAE.

1. MUSA „SAPIENTUM L.*" (Rich.)

2. Musa „paradisiaca L.*“ (Rich.)
3. Heliconia Bihai L. (Wr. 607).

CXXXVII. SCITAMINEAE.

1. Renealmia occidentalis Gr. Fl. p. 601 (Wr. 1710; Rug. 760; *R. jamaicensis* Horan.); var. *Paro secora* Gr. (Wr. a. 1865).

2. Renealmia racemosa Rosc. (Wr. 610 in Herb. Hook.)

3. Renealmia ventricosa Gr. foliis lanceolato-oblongis acuminatis ad ligulam usque anguste attenuatis, racemo terminali breviter oblongo densifloro foliis supremis multo superato glabro: bracteis ventricosis late ovatis obtusis plurifloris, inferioribus flores subaequantibus, calyce campanulato obtuse tridentato bracteolam binis floribus communem subdistantem vaginantem subaequantibus, corollae lobis obovatis labellum obovato-trilobum subaequantibus, filamento breviter filiformi, capsula subglobosa. — Affinis *R. caribaeae* Gr., racemo brevi compacto, ejus glabritie, bracteis latis et calyce duplo breviori (4‴ longo) distincta. — Cuba or. (Wr. 612). E.

4. Renealmia amoena Rich. (Wr. 611: *R. pauciflora* Gr. in lit.)

5. Zingiber officinale Rosc.* (Wr. 3277).

6. Costus „spicatus Sw.“ (Rich.)

7. Costus ruber Wr. foliis obovatis mucronato-acutis glabris (6″—8″ longis, 3″—3½″ latis): ligula margine lanata, spica ovato-oblonga basi foliata: bracteis imbricatis ovatis obtusiusculis striatis dorso superne et infra apicem callo carinatis margine lanatis rubescentibus, flore rubro (3″ longo), corollae lobis brevibus subaequilongis calyce stamen exsertum subaequante superatis. — Cuba, pr. Havannam (G. Don), or. pr. Monteverde (Wr. 1514). E.

8. Canna indica L. (Rug. 274).

9. Canna coccinea Ait. (Wr. 3280).

10. Maranta arundinacea L. (G. Don pl. havan.)

11. Thalia geniculata L. (Wr. 3278; G. Don pl. havan.)

12. Thalia angustifolia Wr. stricta (6′ alta), foliis e basi lanceolata (8‴ lata) longe linearibus (12″ longis) breviter acuminatis longe (1½′—2′) petiolatis, panicula simpliciuscula: ramis geniculato-fractiflexis: bracteis geminatim distichis bifloris, interiori paullo longiori (1″ longo) internodium quadruplo superante; corolla „pallide purpurascente“:

staminodio exteriori exserto. — Structura a *T. geniculata* L. proxima et ramis paniculae geniculatis conformi non differre videtur, sed bracteae majores. — Cuba, in lagunis distr. Nueva Felipina (Wr. 3279). E.

CXXXIX. BURMANNIACEAE.

1. Burmannia bicolor Mart. (Wr. 3282).
2. Burmannia capitata Mart. (Wr. 3281).
3. Apteria setacea Nutt. (Wr. 3283).
4. Ptychomeria tenella Benth. (Wr. 3284; 1470).
5. Ptychomeria nivea Gr. Diplomeria, tenella, „tota candida", squamis ovatis, cyma divaricata: bracteis pedicello multo brevioribus, perigonii lobis exterioribus appendice marginali dentiformi supra basin utrinque instructis, interioribus minoribus „clavatis", styli lobis capitatis. — Cuba or. pr. Monteverde, inter folia emortua sylvarum pr. Valparaiso (Wr. 3285).

CXL. ORCHIDEAE.

1. Pleurothallis univaginata Lindl. (Wr. 656).
2. Pleurothallis racemiflora Lindl. (Wr. 616: *P. oblongifolia* Lindl.)
3. Pleurothallis velaticaulis G. Rchb., Lindl. (Wr. 1499; 1706).
4. Pleurothallis cubensis Lindl. (Wr. 653). E.
5. Pleurothallis „rubroviridis Lindl." („Wr." ap. Lindl. Pleuroth. p. 14). E.
6. Pleurothallis „Wilsoni Lindl." („Wr. 660" in Lindl. Orch. Wr.)
7. Pleurothallis brachypetala Gr. in lit. (Aggregata), caulibus marginato-4costatis folio a basi distanti subaequilongis caespitosis: vaginis tubulosis laxis plerumque duabus, folio elliptico-oblongo v. lanceolato-oblongo ($1^1/_4{}''$ — $1^1/_2{}''$ longo) sessili basi obtusiusculo apice acutiusculo subtridentato rigide chartaceo nervoso pedicellos aggregatos subunifloros triplo superante, bracteolis ochreato-patulis subtruncatis glabris, flore (sicco) purpureo-luteo, perigonio glabro, segmentis exterioribus ($1^1/_2{}'''$ longis) lateralibus ad apicem fere cohaerentibus latiuscule saccatis et in sacci apice angulum formantibus, dorsali lanceolato-lineari, interioribus duplo brevioribus ovatis acutis dorso carinatis columnam subaequantibus, labello obovato obtuso complicato a columna remotiusculo, capsula oblongo-

lineari (6‴ longa) cernua. — Habitus *P. Wilsoni* Lindl. — Cuba occ. (Wr. 3349). E.

8. Pleurothallis „odontotepala G. Rchb." in Regensb. Fl. 1865 p. 275 (Wr. „3349" sec. G. Rchb., nec diagnosi cum praecedente convenit). E.

9. Pleurothallis ruscifolia R. Br. (Wr. 1705).

10. Pleurothallis obovata Lindl. (Wr. 1704); var. (Wr. 655: *P. albida* Lindl.)

11. Pleurothallis brachyglottis G. Rchb. l. c. — Syn. *P. aequiflora* Gr. in lit. (Brachystachya) caulibus angulato-filiformibus folio a basi distante subaequilongis caespitosis: vaginis tubulosis 2—3 apice obliquo laxo nudis, folio lanceolato (8‴—12‴ longo) in basin petioliformem brevem contracto apice obtusiusculo chartaceo nervoso marginato racemum subaequante, racemo solitario sub5floro gracili pedunculato: floribus subsecundis: bracteolis tubulosis pedicello brevioribus, perigonio glabro (1‴ longo): segmentis exterioribus lateralibus lanceolato-acuminatis basi breviter cohaerentibus, dorsali oblongo-lanceolato acuto, interioribus aequilongis lineari-acuminatis, labello duplo breviori ovato cuspidato. — Proxima et habitu conformis *P. pruinosae* Lindl., sed sepala angustiora, lateralia subdistincta. — Cuba occ. (Wr. 3344). E.

12. Pleurothallis Murex G. Rchb. l. c. p. 276. — Syn. *P. trigonifolia* Wr. in Lindl. Orch. Wr. caule filiformi folium a basi distans superante v. aequante, folio crassiusculo ovato obtusiusculo (4‴—5‴ longo) sessili bullato-rugoso margine eroso-dentato pedunculo capillari apice 4—5floro triplo breviori, bracteolis subrotundo-subulatis pedicellum subaequantibus, perigonio ... — Cuba or. (Wr. 3348; 1505 ex parte). E.

13. Pleurothallis trichophora Lindl. (Wr. 659). E.

14. Pleurothallis prostrata Lindl. (Wr. 629, 1500). E.

15. Pleurothallis Grobyi Lindl. (Wr. 1503).

16. Pleurothallis longilabris Lindl. (Wr. 1502; 651 ex parte). E.

17. Pleurothallis corniculata Lindl. (Wr. 1501: *P. hymenantha* Lindl.); var. (Wr. 657: *P. nubigena* Lindl.)

18. Pleurothallis tribuloides Lindl. (Wr. 663: *P. fallax* G. Rchb. in Lindl. Orch. Wr.)

19. Pleurothallis mucronata Lindl. (Wr. 1504). E.

20. Pleurothallis trichyphis G. Rchb. l. c. p. 276 (Wr. 3345). E.

21. Pleurothallis sertularioides Spr. (Wr. 1709, 3347).

22. Pleurothallis rhomboglossa G. Rchb. l. c. p. 276. — Syn. *P. vaginulata* Gr. in lit. rhizomate breviter radicante folioso, caule brevissimo (1‴—2‴ longo) vaginis tubulosis laxis occultato, folio spathulato obtusiusculo v. subacuto pedunculum uniflorum filiformem subaequante in basin petioliformem brevissimam attenuato (4‴—3‴ longo) chartaceo-membranaceo, perigonio (sicco) pallido: segmentis subaequalibus acutiusculis, 3 exterioribus ovatis distinctis, interioribus ovato-oblongis, labello paullo breviori ovato acuto leviter concavo. — Cognata *P. sertularioidi* Spr. — Cuba or., pr. Monteverde (Wr. 1506). E.

23. Pleurothallis testifolia Lindl. (Wr. 1496; „648").

24. Pleurothallis lichenicola G. caulibus in rhizomate repente approximatis brevissimis (1‴ fere longis) vaginis patulis occultatis, folio carnoso ovali-subrotundo rotundato-subretuso marginato (2‴ longo) basi cuneato-subsessili, flore brevissime pedunculato tenuissimo ($1^1/_2$‴ longo), perigonii segmentis exterioribus lateralibus ad medium connatis superne ovatis obtusiusculis basi in gibbositatem productis, dorsali obovato-oblongo obtuso, interioribus $^1/_3$ brevioribus spathulatis, labello purpureo spathulato obtuso bicarinato perigonium interius aequante. — Juxta *P. testifoliam* Lindl. inserenda: conferatur *P. Wrightii* G. Rchb. p. 276, cui Wr. 1509 forsan sphalmate adscribitur, qui numerus ad *P. floripictam* Lindl. pertinet, sed diagnosis *P. Wrightii* cum nostra non satis convenit. — Cuba or., pr. Monteverde, inter Lichenes et Hepaticas breviter radicans (Wr. 1507). E.

